LEXICON
LINGVAE ARABICAE
IN
CORANVM HARIRIVM
ET
VITAM TIMVRI

AVCTORE
IOANNE WILLMET.

ROTTERODAMI,
LVD C. R. HAKE.
Veneunt ET *LONDINI*
J. JOHNSON (*No.* 72, *St. Paul's Church-Yard*)
MDCCLXXXIV.

PRAEFATIO.

Dudum eſt quod viri docti perſpexerint bene conſultum fore et incremento literarum Arabicarum et tironum commodis, ſi tale Lexicon ederetur, quod cum voces atque dictiones omnes in paucis ſed praecipuis libris Claſſicis obvias quam exactiſſime referret, tum eo ipſo, quod eſſet particulare, parva ſua mole ac pretii exiguitate ad communem uſum magis comparatum eſſet quam maiora vel Giggeji vel Golii Lexica. Talium certe Lexicorum particularium uſum cum Graecis olim probarunt Philetae, Apollonii, Harpocrationis, Timaei, et aliorum, quae interciderunt, plurimorum exempla: tum vero, renatis quoque literis, confirmavit Seberi, Coulonii, Porti, Parei, Baldi, Rhodii, Nizolii denique et Erneſti partim in Graecis partim in Latinis ſcriptoribus occupata diligentia. Eundem uſum cum agnoſcerent etiam gentes Aſiaticae, magna illis parata eſt copia Gloſſariorum in quoscunque melioris notae libros: ex qua, optandum profecto eſt, ut tandem aliquis, laudando propoſito, Meſnavicum Perſarum e Bodleiana, Coranicum Arabum e Batava Bibliotheca in lucem proferat; unde magis forte huius-

 modi

modi Lexicorum praeſtantia intelligatur, quam ex *ullo*, quod quidem publicatum ſit, Veterum aut Recentiorum exemplo poſſis conjicere. Perſpecta igitur, quae ex Particulari Lexico in Arabicas quoque Literas redundarent, commoda iam initio huius ſeculi moverunt Lakemacherum, Profeſſorem Helmſtadienſem, ut, brevi edito ſpecimine, Gloſſarii Coranici, a ſe parandi atque Corano ſubiungendi, ſpem iniiceret: nudi quidem, ut videtur, vocabulorum indicis, multo tamen uſui futuri. At, qui ſaepius huiusmodi promiſſa manet exitus, non exſolvit, nomen quod contraxerat. Poſtea vero nova ciusmodi operis deſideria excitabat ill. Michaëlis; ſiquidem hic auctor ſit *Relationis Gottingenſis*, in qua, ante hos decem et quod excurrit annos, honorifica mentione facta Gloſſarii Scheidiani, optatur ut quis eandem operam Corano impendat. Atque iam huius rei laeta ſpes affulgebat: Lipſiae enim hoc meditabatur Reiskius, Oxonii confecerat paene Whitius, Hafniae *paullo poſt annunciabat* Hornemannus, ac noviſſime Germaniam ſuam de eodem propoſito certiorem faciebat Bauerus, Viri Clariſſimi. Et tamen, neſcio fere quo caſu, a tantis Viris deſtitutus labor in nos denique incubuit. Primo enim ad audendum adhortabatur cl. E. Scheidius, et, pro ſumma ſua benevolentia, idem, quod Fratri ſuo praeſtiterat, promittebat auxilium. Porro Reiskius, magnum illud literarum Arabicarum decus, oneri ſe ſubducere, infirmis illud humeris imponere, cunctantibus nobis calcar addere, et, qua erat humanitate, ſuas lucubrationes polliceri; in-

vi-

vitos vincere. Ut autem quid praeſtare conati fuerimus cognoſcat lector eruditus; ſciat, reiecto priori de Corano ſolo eiusque tantum vocibus conſilio, ipſoque, quod iam primis lineis deſcriptum erat, opere, nos tres potius, quos titulus indicat, auctores nobis excerpſiſſe, duplicemque ſcopum propoſuiſſe: alterum illorum *Verba et Vocabula* explicare; alterum, ipſis illarum locis indicatis, *Dictiones et Proverbia* illuſtrare. De utroque vero quaedam diſſerere iubet inſtituti ratio.

In Verbis igitur et Vocibus explicandis fidum ducem Golium ſecuti ſumus; ita tamen ut deſereremus, ſi vel ipſi, quos illuſtramus, auctores praeferrent facem; vel Scholiaſtarum gloſſae, id quod laeti ſaepiſſime experti fuimus, quandoque etiam indicavimus, aberrantibus veriorem monſtrarent viam; vel excerpta ex Gieuhario et Firuzabadio ab aliis iam prolata; vel denique Giggeji aut Caſtelli Lexica lumen accenderent. Hinc ſaepius neceſſe fuit illum emendare, augere et refundere; turbatum plurium notionum ordinem componere; varia derivata, formas nominum, ſpecies verborum, ipſas nonnunquam, quas dicimus, radices, et nomina propria locorum hominumve ex noſtris auctoribus addere. Cuius rei exempla hic cumulare et taedioſum foret et parum utile; niſi id unum evinceret, ad totum alicuius verbi ambitum cognoſcendum et illuſtrandum nihil magis iuvare quam, quae in particulari etiam Lexico negligenda non eſt, ſedulam variarum apud varios ſcriptores occurrentium notionum collationem. Plura forte, certe magis accurata,

dubium eſt quin ad novam, ſi quidem haec ſperari poſſit, Lexici Goliani editionem, multum decoris et ornamenti allaturae ſint. Porro haud levem operam cenſuimus collocandam eſſe in enotandis ac bene ordinandis variis uſibus vocum frequentiſſime obviarum, in primis autem particularum, qua quidem parte Lexica adhuc laborare in confeſſo eſt. Ea enim eſt plurimorum hominum indoles, ut quae ob oculos poſita ſunt, licet per ſe quidem ſummo ſtudio digna, tamen vix cernant; ſed quae novitate et illuſtriore quadam pulcri ſpecie ſenſus mentemque afficiunt ea captent, quamvis propius examinata minus forte verae habeant elegantiae. Quanquam vero nobis non tantum ſumimus neque arrogamus, ut hic aliquid, quod ſufficere queat, praeſtitiſſe nos putemus; quin ipſi plurima ſupereſſe videmus, quae exhaurient poſtea quibus liberiora

pa-

patent ſpatia; Cl. maxime Schroederus, qui iuſta eruditionis copia et ſummo iudicii acumine, hac in re plus etiam decoris Orientalibus literis afferre poſſit, quam Graecis Latinisque attulerunt, Devarii, Hoogeveeni, Turſellini. In tanta igitur rerum copia quum cavendum erat ne opus in nimiam molem excresceret, hinc natum quoque eſt incommodum, quod nimis quidem ſero perſpeximus; attamen nunc non oportet diſſimulare. Scilicet derivata verborum haud ſatis incurrunt in oculos quaerentibus. Cui moleſtiae ſuccurri potuiſſet aliquo tantum inter quaevis derivata relicto a typotheta ſpatio, aut ſingulis in nova linea collocatis. Attamen breviore via aliquam huic malo medelam attulimus, inter plures voces Arabicas, illas tantum punctis vocalibus inſigniendo, quae ad Verbum, tanquam derivata, pertinentes explicandae erant.

De ipſis, quos explicamus aut illuſtramus, auctoribus dicere non attinet: dixerunt abunde, poſt Herbelotum, qui illos publicae dederunt luci. Illud unum, ne quem turbent, quas commoditas poſtulavit, diſtinctionis aut ſignorum notae, monendum eſt, nos prima tantum nominis litera quemque ex illis deſignaſſe, et in Corano Hinckelmanniana, in Haririo Schultenſii, Arabſchahi hiſtoria Timuri, quam litera T. ſignat, Mangeriana editione uſos eſſe; ita quidem, ut primi capita et verſus, alterius conſeſſus et paginas, tertii denique volumina, paginas, et lineas notaremus. Sat multos qui in Corani, innumeros qui in vitae Timuri editione, vel typothetarum, vel Editorum occurrunt errores, quorum plures ſunt qui cum habeant aliquam ſpeciem

pro-

probabilitatis, imperitiores in fraudem inducant: hos igitur quantum illud licuit emendavimus: et Corani quidem vitia partim Marraccii, partim Codicis ope, quem accuratiſſime ſcriptum poſſidemus; Timuri autem, tum ex inſpecto in locis dubiis Warneri codice Lugdunenſi, et collationibus, quas alii inſtituerunt et Mangerus ad ſuam editionem adhibuit, tum ex emendationibus, quas ſcripta Cl. Schroederi et Scheidii ſubminiſtrabant exempla; ad Haririum vero uſi ſumus variis illis lectionibus, quas Cl. Scheidius ſuae Ibn Doreidi editioni ſubiunxit.

Quae vero cauſae nos impulerint potiſſimum ad hos auctores, prae aliis, deligendos, unusquisque facile perſpexerit: ſic enim Theologus, Rhetor, Hiſtoricus, ſuo quisque dicendi genere conſpicitur: ſic Elati, Venuſti, Tenuis, triplicis illius Aſiaticae dictionis, proferuntur exempla. Sed fuerunt etiam cauſae graviores. Scilicet in confeſſo eſt Corani lectionem in primis neceſſariam eſſe ad intelligentiam *librorum Arabicorum quorumcunque*: hunc enim tanquam elegantis locutionis normam ſibi proponunt quivis ſcriptores Arabum; hunc imitantur; ad hunc alludunt; ſententias ex hoc depromtas ſermonibus ſuis intexunt paſſim. Nec mirum. Mohammed enim, recte obſervante Joneſio, ſagax ille morum obſervator, et legiſlator ſubtilis, dicendi genus ſumſit argutum, venuſtum, floridum, concinnum, numeroſum, incitatum, ſplendidiſſimis colluſtratum verborum luminibus; et cum ad perſuadendos animos, tum ad commovendos affectus accommodatiſſimum. Haririo autem prae

cun-

cunctis Arabiae rhetoribus facile declamationes ipſius palmam meruerunt: nihil eius ſermone iucundius: incredibilis in illo eſt rerum varietas et copia, mirificum eloquentiae flumen; adeo ut elegantias ejus imitati ſint plurimi, aſſecutus nemo. Arabſchahum quod attinet, non ſum nescius plures eſſe, quibus illius, quas vocant, venuſtates vehementer ſordeant; amant illi, et recte quidem, ſtilum hiſtoricum ſimplicem, gravem, nervoſum, qui varietate parce tantum delectet animum. Ab hac parte igitur, ſi cum Graecis ac Romanis in certamen adducendus ſit, cedat fascesque illis ſubmittat neceſſe eſt. Sed vero tale certamen inique comparatum eſt: ſi quidem minus oportet Aſiatici ſcriptoris dictionem ad illorum quam ad ſuae gentis normam exigere. Haec ſi non fluens ac ſolutum, ſed modulatum et numeroſum amet orationis genus; ſi non ſimplicem ſed magnificam, figuris ornatam, et quae parum a verſu abeſt, Democriteam fere et cumulatam locutionem conſectetur; iuſtum erit, de Timuri hiſtoria, eiusdem Joneſii, peritiſſimi harum elegantiarum arbitri, iudicium: ita pulcris abundat imaginibus, ita iucundis narrationibus, et deſcriptionibus naturae, morum, affectuum; ita magnificis illuminatur figuris; tam dulci numerorum varietate, tanta elegantiarum copia conſpergitur, ut nihil cogitari poſſit accommodatius ad lectorem vel delectandum, vel docendum, vel etiam permovendum: ita quidem ut, ſi illa nonnullis in locis ſit obſcurior, ea, quantacunque eſt, difficultas venuſtate et eloquentiae amplitudine abunde compenſetur.

Ex talibus igitur quis nuda tantum vocabula excerpere? quis ſterili notionum enotatione ſemet delectare? quis taedioſo vocum indice bonas horas perdere, unquam in animum induxerit? Ac, fateor, ſi hoc agendum fuiſſet, tum ſane multae, quae in Lexicis conficiendis difficultates exſorbendae ſunt, dudum nos ab ipſo hoc opere inchoando deterruiſſent, a conficiendo certe avocaſſent. Itaque et delectatio ac metus faſtidii ſuadebat, et ipſa rei neceſſitas poſcebat peculiarem curam Dictionum ac Phraſium, Adagiorum ac Proverbialium locutionum, quibus auctores noſtri abundant. Harum quippe ignoratio quantum noceat bonae interpretationi librorum ſacrorum, exemplo ſuo monſtrant plurimi interpretes, qui Orientalium ſcripta non tam ex ipſorum quam ex ſuo ingenio illuſtrant, quin potius obſcurant. Huic igitur malo ſuccurrere, quantum in nobis erat, voluimus, exhibitis imaginibus poëticis ex natura quidem, at non noſtra ſed Aſiatica, depromtis, aut ex vita communi, religione, hiſtoria et fabulis, Orientalium unice, deſumtis: figuris dictionum, quibus, ſive iucunda utantur translatione, ſeu permutatione illam continuent, ſive immenſa luxurient comparationum copia, ſeu annominationibus lepidis, iterationibus concinnis, audaciſſimis denique perſonarum inductionibus illuſtrent orationem, tantum ſemper a noſtris differunt Arabes quantum coelo et moribus: deſcriptionibus tandem venuſtiſſimis, in quibus variandis et ornandis cedunt nemini. Utinam vero in Adagiis ac Proverbiis plura praeſto eſſent ſubſidia: nam quae adhuc lucem viderunt lo-

levia ſunt, ſi ſelecta Meidanii excipias, aut in variis libris paſſim diſperſa. Laetam igitur illam vehementer expectamus diem, qua tamdiu exoptatum Meidanii Proverbiorum opus, cuius ſpem facit Belgium, tandem in lucem emittatur: quo inſtituto creſcat cognitio veteris hiſtoriae Arabum; augeatur ſcientia rerum naturalium Orientis; illuſtretur contemplatio morum rituumque veterum, quos, nullo ſeculo immutatos, Arabes cum Hebraeis habuerunt communes; ut ex hac etiam parte ſacer Codex uberiorem accipiat lucem.

Iam quod in pertractatione huius operis plerorumque Verborum primam notionem, quantum quidem indagari poterat, enotaverim, ea de re aliquid mihi dicendum eſſe ſentio; ſi quidem vix dubito, quin in plurium Philologorum reprehenſionem hac de cauſa incurram. Itaque non tironibus tantum, quorum commodis in primis conſulendum erat, ſed ipſis his cenſoribus, viris peritis et exercitatis, ut ſatisfiat, lubet de huius mei conſilii ratione breviter exponere. Scilicet diu dubitavimus utrum Primae *illae* Notiones, ſive Origines, ut vulgo vocantur, Verbis addendae eſſent an ſecus. Crevit illa dubitatio, prout paullatim, inter elaborandum, incertior nobis videbatur earum veritas et uſus. Attamen, ſi mutanda fuiſſet operis incepti, et iam partem aliquam impreſſi, ratio, alterutra tantum videbatur patere via; vel ut nullas, vel ut certas tantum et indubitatas exhiberemus. Omnino nullas dare vix licebat, quum certiſſimum ſit eſſe quasdam, omni dubio maiores: certas tantum ſeligendo nimium nos nobis attributuros eſſe putabamus;

mus; quippe plures, quae pro dubiis habeantur, forſan tamen, ipſis Arabum teſtimoniis, tanquam certiſſimas poſſe conſtitui; nec patiebatur brevitas in Lexico ſpectanda longam talium rerum disquiſitio em inſtituere. Notavimus igitur omnes, ſive veras ſeu veri tantum ſpecie praeditas, quae vel ab aliis, ut Schroederis, Schultenſiis, Venema, Hackmanno, Lettio, Scheidio, vel a nobis detectae eſſent, quas quidem peritorum examini ſubiicimus, praeſertim quoad coniecturales ſint, neque ſuffultae idonea auctoritate ſcriptorum Arabum. His enim pertinacius inhaerere verecundia vetat, et ſobrius, qualis Philologum decet, ſtudii Etymologici uſus. Quaecunque enim eſt Originum vel neceſſitas vel utilitas; ea potiſſimum inſervit detegendo variorum ſignificatuum, ſaepe oppoſitorum, nexui, *non ſolum in Arabum lingua ſed et dialectis eius ſororiis*; aut rationi perſpiciendae, qua aliae notiones deinceps ex aliis profluxerint, ut teneatur cuiusvis dialecti natura, et veluti hiſtoria *contexatur ingenii Arabum*, Hebraeorum et Syrorum; denique cognoscendis crebris Orientalium ad has Origines alluſionibus, et, quae illis pulcrae habentur, ſummo ſtudio captatis annominationibus aliisque verborum luſibus.

Enim vero, ut ſtudii Etymologici utilitatem haud difficulter agnosco, ita ad evitandos graves abuſus, ſive in iis eruendis ſeu applicandis, multiplici cautione opus eſſe minime diffitear. Ac primo quidem cavendum eſt, ne una alterave gloſſa, in Lexicis obvia, ſed particularis tantum nec per totum thema regnantem notionem in-

indicans, in fraudem inducat. Quamvis enim aptam ſaepe videantur praebere originem, qualis eſt e. g. in تفشل *Fluendi*; nil tamen niſi fucum faciunt, cum penitius inſpectae ad unicum forte poetae cuiusdam locum reſpiciant, nonnunquam et translatione aliave dictionis figura ſignificatum illum acceperint; nihil ergo, e quo de Origine iudicari poſſit, ſuppeditent. Scopulus vero hic tanto magis fugiendus eſt, quanto facilius incautus quisque in illum incidat. Deinde etiam oportet cavere, ne quae, etiamſi ex bonis fontibus hauſtae ſint, Origines mox venditentur pro certis et indubitatis, cum ne decima dicam, an centeſima, pars hanc laudem mercatur; eas ſi exceperis, quas aut in ipſis ſcriptorum Arabicorum locis obſervemus, aut a peritis Lexicographis vel Gloſſatoribus Arabicis indicatas, aut in ceteris dialectis quotidiano, crebro ſaltem, uſu tritas videamus: ceterae, licet forte verae et longo poſt tempore ex aliis ſcriptoribus demonſtrandae, non niſi pro coniecturis accipiendae ſunt neque temere obtrudendae: coniecturas autem in arte ſua admittit Criticus; quidni et in Etymologicis? Praeterea propriae illae notiones minime ſunt affectato ſtudio in verſionem inferendae, ac ſi crederes aut aliis perſuadere velles, eas inprimis a ſcriptoribus quaeſitas eſſe ad ornamentum dictionis tanquam gemmas et lumina. Id non fit in aliis linguis, neque profecto factum eſt in linguis Orientalibus. Itaque ab hac parte non quidem prorſus iniqua eſt plurimorum in magnum Schultenſium animadverſio, nimis tamen exaggerata, praeſertim cum non adeo multis datum ſit de vi,

venuſtate, aut aptitudine talium notionum aeque ac ille iudicare. Sed quod vitium in Schultenſio inſtauratore harum literarum ferimus aut excuſamus, id minus ferretur in aliis, qui, minore forte peritia, iisdem veſtigiis inſiſterent. Porro evitandus eſt ille abuſus ſtudii Etymologici, quo ex primis notionibus mox iudicium feratur de ipſa rerum natura atque indole; aut locorum ſitus, gentium origo et antiquitas, et quae plura ſunt his ſimilia, conſtituantur tanquam certa, vel maxime probabilia. Id genus quam fallax ſit et lubricum, cum alii, tum inprimis Bochartus, Vir incomparabilis certe et ingenii et doctrinae, exemplo ſuo oſtenderunt. Denique magna prudentia utendum eſt: in quem tamen ſcopulum praeter Lettium, alii ſubinde fuerunt qui impingerent: ut ne detectae Origines immediate applicentur ad ſingulas, quae in quadam radice occurrant, notiones; ſi quidem ſingula derivata ſenſim paullatimque novis, ex prima notione ductis, metaphoricis aliisque ſignificationibus aucta ſint, quae iterum aliis ortum dederint, tandemque ſua vice ipſius Verbi ſignificatum plane immutaverint ac deflexerint. Unum e millenis exemplum ſufficiat. Propria thematis فسر notio, quam ſuo loco exhibuimus, ſi applicetur ad ipſam, quae in Verbo eſt, notionem *Obtinendi*, facillimus nec coactus erit tranſitus; ſin vero itidem ad *Deſerti*, quem derivata habent, ſignificatum, tum vero multiplici contorſione opus erit, quae Philologum noſtrum haud minori riſui exponat, quam ipſos Etymologos Arabes, ſtrenuos illos in applicandis Originibus nugatores, a Golio ad hoc Verbum, et a Schul-

Schultenſio ad Har. 2: 67. adductos. Contra feliciſſime perſpicietur et linguae indoles et facilis idearum nexus, ſi propria illa notio ad maxime obviam ſecundariam unice transferatur, in ceteris hoc fere ordine ſervato: a *Reportando victoriam* ſenſim profluxit notio *Evaſionis*, talis praeſertim qua quis ſalvus ſit et incolumis: hinc ſubnata iterum cum *Felicitatis* tum *Effugii* idea; a qua tandem nomen habet *Locus*, *in quem quis evadit*, mox *Deſertum*.

Et haec quidem exiſtimabam breviter dicenda eſſe, ut, cum in primis Verborum ſignificationibus enotandis operam collocaveram, pateret etiam, quibus limitibus illud ſtudium a me circumſcriptum ſit. Dignum autem eſt argumentum, quod, praeſertim hac noſtra aetate, a perito quodam Viro uberius pertractetur. Vereor enim ne nimia, quantumvis iuſta, abuſuum reprehenſio paullatim tollat uſum rei per ſe bonae et ad illuſtrandum hoc genus literarum inprimis proficuae.

Quidquid autem in his aliisve huius operis partibus boni praeſtitum eſt, illud maxime acceptum referre iubet grata beneficiorum memoria Duumviris eximiis Schroedero et E. Scheidio, alteri Groninganae, alteri Harderovicenae Academiae lumini; illi, Viro qui vaſtiſſimae Orientalium literaturae receſſus tenet omnes, huic, digno tanto magiſtro diſcipulo, noſtro, priusquam Lugdunum peteremus, praeceptori optime de nobis merito. Hic enim, ut iam dixi, graviſſimus ad inchoandum opus auctor, fere etiam uti ſocius folia, antequam prelo mandarentur, non recenſuit tantum, ſed

et

et obſervationibus auxit, quarum nonnullae per aſteriſcorum ſigna in prima et altera Alphabeti Arabici litera diſtinctae ſunt, aliae noſtris inſertae; Benevolus idem in perficiendo opere manſiſſet adiutor, niſi auctae publicis et privatis laboribus eius curae effeciſſent, ut, in medio fere opere noſtro, aequitas nos iuberet publico commodo cedere, et tanto adiumento renuntiare. Ab eo tempore Schroederum per literas adire, de dubiis conſulere, de incognitis rogare, talemque ſemper invenire licuit, in quo incertus háereas utrum ſtupenda eruditio, an promta ad aliorum conatus adiuvandos voluntas, an ſumma modeſtia, rara Philologorum dos, maiori in laude ponenda ſit. Utrique igitur Viro ingratos nos praeſtaremus, ſi ut amicis, ſuperbos, ſi ut adiutoribus, nefarios, ſi ut patronis, debitas denegaremus gratias.

Haec habuimus, B. L. in praefatione operis dicenda; in quo ſi videas ſatis emendate omnia expreſſa eſſe: nam, quae ſubinde deprehendi, operarum vitia, pauca ſunt et plerumque levia: id igitur Schultenſio meo debeo, qui, ut inſtitutum noſtrum conſilio et re ſtudioſe adiuvit, ita curavit, ut ſpecimina typographica pro nobis diligenter examinarentur. Quod ſi hoc meo opere aliquid contuliſſe cenſear ad incrementa literarum Arabicarum, per quas maior etiamnum lux accedat ad intelligentiam Codicis Sacri, quem ante omnia veneramur, tum vero ſummam aſſequar votorum meorum, et optimum gratiſſimumque moleſti laboris reportabo praemium.

LEXI-

IOANNIS WILLMET
LEXICON
LINGVAE ARABICAE.

أ *Particula inſeparabilis:* 1, *Interrogatiua*, *Hebr.* ה, An? Num? *C.* 2: 11. *ſic et in comp.* أَيْنَ An certe? *C.* 6: 19. *et* أَيِنَّكَ An certe tu? *C.* 12: 90. * *Atque ita in interrogatione affirmatiua*, Itane? *C.* 3: 102. اكفرتم بعد ايمانكم *Itane increduli fuiſtis?* etc. *ſequente in altero membro* ف, *vt Hebr.* ו, *ſimili in caſu.* 1 *Reg.* 21: 19. * 2, *Disiunctiua*, ſiue, num: *ſcilicet cum ſequitur alterum membrum, cui loco* τοῦ ا *praefigitur* أم: *vti C.* 2: 5. أأنذرتهم أم لم تنذرهم ſiue commoneas eos, ſiue non. *Ita et in gemina interrogatione ſeu diſtinctione interrogatiua fit:* أتخذتم — ام تقولون *vt* num accepiſtis, — an vero dicetis? *C.* 2: 74. *T.* 188: 8. * *Poteſt in priore membro quoque dici* هل. *Vide H.* 2: 88. * 3, *vti Hebr.* א, *vocibus praefixa, efficit formam, quam Grammatici dicunt, intenſiuam, vt* أَطْهَرُ admodum purus. *C.* 2: 232. *et paſſim.*

أَبَّ *Fut.* O. *et* I. *Ch.* אבב, *pp.* *Micuit, emicuit.* أَبٌّ *H. et Ch.* אֵב *emicatio, micans viror*; gramen *ſeu* pabulum quodcumque virens. *Muzi. Gi. imo* quidquid viroris terra producit. *Ca. Opponitur* τῷ فاكهة fructus. *Illud quippe pecori idem, quod hic*

hic eſt homini. C. 80: 31. *Ibn Maruph interpretatur* Paſcuum, pratum.

أَبَدَ *Fut.* I. *H.* אבד *pp. Secuit, reſecuit, abſcidit; et intranſ. abſciſſus fuit. Hinc, de grege abſciſſus periit, aufugit. item e contrario* perennauit; *Gi. notione adſcita ab* أَبَدٌ *ſeculum, q. d. durauit in ſecula.* II. Perennem fecit, aeternitate donauit. *Gi.* أَبَدٌ aeuum, ſempiternitas; *Gi.* Tempus fine carens; *vti* ازل, quod caret principio *Ca. quaſi dixeris, tempus periens, continuo elabens. Inde in acc. aduerb.* أَبَدًا *in ſeculum, ſemper C.* 59: 11. *dein etiam* Vnquam *T.* II. 834: 7. أَبَدٌ, *pro* الأَبَدُ, ſempiternus, aeternus. *Ca. T.* 8: 13. آبِدٌ *Ag. ſiue forma particip. Vnde eximie foem.* آبِدَةٌ Animal fugax, *ſeu* pauidum, immanſuetum, indomitumve. Fera. *Gi. Ca. Coll.* أَوَابِدُ *T.* II. 846: 1. *Figurate* اوابد القصايد Fugacia, *ſiue potius*, ſoliuaga, carminum; *h. e.* rara, noua, nulli tacta. *Vid. Schult. ad H.* 6: 194. مُؤَبَّدٌ *part. paſſ. in* II. *T.* 502: 15.

أَبْرِيزٌ, *Et cum* إ, *Ch.* אבריזן, Ὄβρυζον, obryzum, aurum puriſſimum, *ita vt igne non minuatur: Hieronymo quaſi ophirizium, ab inſula ophir, dictum. T.* 284: 5. * *Vox origine Graeca, ciuitate Arabica donata. vide Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 1080. *

إِبْرَهِيمُ *H.* אברהם, *Nom. proprium* Abrahami. *C.* 2: 118. *item nomen capitis Coranici.* XIV.

أَبَطَ *Verbum in Kal inuſitatum, i. q.* هَبَطَ *pp. Sidit, deſidit, hinc delapſus fuit.* II. i. q. هبّط Demiſit, deiecit *eum Deus. Mu. Gi. Hinc* إِبْطٌ *Generis communis*, Axilla. *Gi. quaſi pars inferior humeri. T.* II. 890: 9. *Inde porro* V. تَأَبَّطَ ſub axillis poſuit, vel geſtauit. *cca. H.* 1: 30. تَأَبَّطَ شَرًّا *Aptoton, verbi forma*, Malum portat ſub axillis. *T.* II. 744: 6. *Eo velut cognomine appellatus fuit Tabit, fil. Zabir Fahmaeus; quod perpetuo ſub axiliis ferret arcum, pharetram, et enſem, magni inſtrumenta mali. Vid. et Schult. ad Exc. Ham. p.* 360.

أَبَقَ *Fut.* A. *et* I. *H.* אבק *pp. Torſit, ſpec. intorſit ſemet, inflexitque. Mox cum flexu corporis declinauit, porro* Aufugit. *Mu. Gi. T.* II. 176: 9. Subduxit ſe et abdidit. *Ca. C.* 37: 140. آبِقٌ *Ag.* Fu-

Fugitiuus, fugax. *pec.* Mercurius *i. e.* argentum viuum. *Zei. Ob mobilem volatilemque ſubſtantiam. Har.* 3: 172. *n.*

أَبَلَ *Fut.* I. *H.* אבל, *pp. Marcuit, emarcuit ſucco et vigore omni exhauſto.* إِبِلٌ *Foem. gen. Collect. ſine* ة *vnitatis*, Cameli, *ſeu ipſum* Camelorum genus; *a marcore dorſi ita dictum. C.* 6: 145. *T.* 476: 17. *vnde figur.* ضرب اكباد الابل *percuſſit iecora camelorum, i. e. continuum iter fecit. T.* II. 806: 4. *v. n.* إِبِّيلٌ Agmen camelorum *nec non auium et equorum.* Series eorum inuicem ſequentium. *Ca. Coll.* أَبَابِيلُ *C.* 105: 3. *pro* أَبَابِيلِ, *forma ducta ex ſpecie XII. verbi* ابل. *Vid. Boch. Hier.* I, 654. *In Accuſ. ſeu Aduerbialiter.* Catervatim, gregatim. *Gi. T.* 478: 7. إِبَالَةٌ Faſcis lignorum. *Gi. et quidem* magnus. *Ca. Vnde adagium* ضغث على ابالة Faſcis graminis ſuper faſce lignorum: *i. e.* moleſtia addita moleſtiae, malum malo. *Adag. Gol.* p. 136.

أَبَنَ *Fut.* O. *et* I. *pp. Pegit, compegit; et intranſ. Compactus fuit.* Concreuit, *quaſi vt* أُبْنَةٌ *h. e.* nodus in ligno. *In Paſſiuo* Traductus fuit *tanquam Cinaedus*, turpius quid de eo dictum fuit. مَأْبُونٌ Muliebribus patiendis obnoxius et addictus. Cinaedus. *Mer. T.* 116: 3. *ſed ibi leg.* مامون *v. n. Hinc in genere* Improbus. *Mar. T.* II. 148: 1.

أَبَهَ * *Origine vicin. videtur ſeq.* ابا *pp. Flexit, hinc deflexit, renuit, pec. ob nobiliorem indolem; vnde verbum ad magnificentiam transfertur.* * II. Magnificauit: honore ac veneratione coluit. *c c a. Za.* أُبَّهَةٌ (*et* أُبْهَةٌ *Merc.*) Magnificentia, ſplendor, gloria, potentia. *Gi. Ca. T.* 74: 13.

أَبَا pro أَبَوَ *H.* אבה *pp.* κύπτειν, *Clinauit, flexit; intranſ. inclinatus fuit, propendit animo in aliquem vel aliquid.* أَبٌ *H.* אב, pro أَبَوٌ, Pater. C. 9: 115. *Coll.* آبَاءٌ *pro* أَبْوَاءٌ *C.* 2: 127. وابيك وابي *Per patrem tuum et patrem meum. Form. iurandi. T.* 544: 3. *Poſt ſe habens genitiuum adiuncti aſſumit in fine literam vel* و *vel* ي, *vel* ا, *pro caſus ſui terminatione. Atque etiam aliud poſt ſe nomen regens, ſiue proprium, ſiue appellatiuum, Metonymiae genus conſtituit: quod Arabes* الكنية *vocant, et frequentius vſurpare ſolent, ad deſignanda nomina alia, tum propria, tum appellatiua.*

ua. Sic propria أَبُو يَحْيَى Pater Iahiae, *ita dicitur Angelus Azraël: quem animas corpore ſoluere tradidere Perſarum Magi, et* Mordad *vocarunt, quaſi* mortis datorem. *Gi. et appellatiua* أَبُو ٱلْعَجَب *Pater miraculi. H.* 5: 118. *id eſt* fatum. أَبَت pro أَبِي, *Ie mutato in Te, * ſiue potius pro* أَبَوِي, *ab* أَبَة *H.* אֲבָה *obſol.* pro אֲבָיָה أُبُوَّة *inclinatio*, ſiue *neceſſitudo, paterna, et per meton. pater,** Pater mi. *C.* 12: 101. أَبَان, *pro* أَبَوَان, *Dual. a ſing.* أَب, Parentes, pater et mater. *Gi. Antiqua forma* ابوان etc. *C.* 4: 12. 12: 6.

أَبَى *pp. Flexit. hinc deflexit, reclinauit*, etc. *conf.* ابه Recuſauit, noluit, detrectauit. *pec. prae faſtu et ſuperbia. (Vid. Schult. ad Exc. Ham.* p. 423.) *C.* 2: 32. *T.* II. 154: 3. *c c.* ان *verbi, C.* 2: 282. *et* Auerſatus fuit, faſtidiuit, abhorruit. *c c a. Gi. H.* 2: 90. *n.* 4: 40. *n. T.* 444: 6. V. *i. q.* I. *T.* 148: 9. أَبِيّ Nolens, renuens, faſtidiens. Refractarius, auerſus. *Gi. dein* Difficilis, inacceſſus. *T.* 54: 3. Magnanimus, faſtiditor, *in* *indolis generoſioris laude. T.* 526. 3. إِبَاء *Act. praeced.* أبي *ſign.* 1. Inobedientia, pertinacia. *Gi.* Nobilis contumacia. *H.* 6: 272. *T.* II. 824: 14. أُبَّيَّة Superbia. Magnitudo, magnificentia. *Ca. qua quis faſtidit alios, et prae ſe contemnit. T.* 174: 8. تَأَبِّي *Act. in V. T.* 74: 3. Superbia, faſtus nobilis. *T.* 152: 5.

أَتَابَك *Exponitur Perſice* خطاب پادشاه, Cognomentum *ſeu* titulus regius. *Mar. quo inſigniri ſolet vel Rex ipſe, vel Adminiſtrator regni, nempe qui regis vices explet in imperio gubernando. Is alias, et hoc tempore in Oſmannico regno* وزير عظيم magnus Veſirus *dicitur. T.* II. 44: 3. *v. n.*

أَتَا *pro* أَتَو *et* أَتَي *H.* אתה, *pp. Tetendit, mox tendendo* venit, aduenit. *C.* 74: 48. Peruenit. *c c a p. Gi. C.* 2: 36. *Porro* Adduxit, attulit. *q. d. venit cum re (Conf.* ذهب به *etc.) c c:* ب *r. Gi. C.* 2: 36. *T.* 316: 8. *Hinc eadem in conſtr.* Superuenit, inuaſit inopinato *aliquem c c a. C.* 11: 41. *T.* 268: 5. *et c.* على *C.* 76: 1. *Hinc porro* Aboleuit, perdidit. *c c.* على *T.* 78: 13. *v. n.* Dedit: donauit. *Ca. id eſt tenſa manu obtulit. H.* 4: 22. *n.* Coiuit, congreſſus fuit *cum*

ـلـن *coniuge. c c a. Za. Mar. quod honeſto vocabulo dicitur: quaſi* acceſſit *eam. C.* 2: 222. *De flagitio Sodomitico etiam adbibetur. C.* 27: 56. 29: 28. Fecit *rem*, effectam dedit *Ca. C.* 65: 1. *Et c c a r.* Commiſit *ſcelus. C.* 4: 19. Fuit, exſtitit εὑάσιτ. *Ca. Gall. Deuenir. C.* 12: 94. III. Fauit, Opem tulit, ſuppetias venit. *Za. Mar. Vnde part. act. H.* 4: 22. *n.* IV. *quae et* هَاتَى, *ad normam Linguae veteris*, Attulit, adduxit. *c c g a. vel c c a r. et* الى *p. Ca. C.* 2: 105. *et i. q.* اعطى Dedit, largitus fuit. *c c g a. Gi. C.* 57: 21. أُوتِيَ *Paſſ.* Donatus et inſtructus fuit: accepit. *c c a. C.* 16: 29. V. Paratus et diſpoſitus fuit. facile et expeditum fuit *negotium. Gi. Ca. T.* II. 20: 8. آتي *pro* آتِيٌّ *Ag.* Veniens. Venturus, futurus. *Gi. C.* 15: 85. إِيتَاءٌ *i. q.* إِعْطَاءٌ Datio. Donatio. *Gi. quae extenſa manu fit. C.* 16: 92. مَأْتِيّ *Paſſiu. pro Act.* Veniens, futurus. وَعْدُهُ مَأْتِيّ Promiſſum eius, *Dei*, futurum *ſeu* venturum eſt. *Quidam tamen interpretum et Paſſiue exponunt*, adducendum *vel* perficiendum. *C.* 19: 62.

أَثَّ *Fut. I. pp. Tumuit, intumuit. Hinc* Multa fuit; multa et laeta prouenit, creuitque *berba:* luxuriauit, *et quod luxurianti facile contingit*, denſa et in ſe conuoluta ac complicata fuit, *berba, coma* etc. *Gi. Ca.* أَثَاثٌ *Coll. i. q.* متاع البيت Supellex domeſtica, inſtrumenta et vtenſilia domus. *et tunc non reſpondet illi nomen Vnitatis. Gi. C.* 16: 82. *Videtur dici a copia et multitudine quaſi tumente, turgente. Hinc porro* Facultates et opes quaecunque: vti ſunt pecuniae, greges, mancipia, ſupellex. *Abu Zeid. Ca. C.* 19: 75. *Mobiles duntaxat opes notari puto; vti et in illo T.* II. 136: 13.

أَثَرَ *Fut. O. H.* אשר, *Or. in tenſione recta, identidem reciprocata, qualis eſt ſerrae, fulminis* etc. *Vnde pec. ſecuit, incidit, notam impreſſit, veſtigium ſui reliquit. hinc, notione petita ab* أَثَرٌ *ſeq.* 1, Memorauit, praedicauit *vt inſigne et memoria dignum.* Allegauit, retulit dictum aliquod aut factum. *Mar. Gi. in primis* alius poſt alium continuata traditione: *c c a.* Aliquid aliunde acceptum tradidit, *aliorum quaſi veſtigia inſiſtens. Paſſ. C.* 74: 24. 2, Excitauit, concitauit. *Gloſ. Mar. C.* 100: 4. *Sed vide in* ثار. 3, Elegit, ſelegit, praehabuit *aliquem* alte-

alteri. Ca. quaſi eminentiae nota illum inſigniuit, vt ab altero diſtinguatur C. 12: 91. 4, *hinc* praecelluit. *c c.* على *Ca. q. d. inſignis fuit. H.* 2: 98. II. Veſtigium rei impreſſit, et in ea reliquit. *c c.* في *p. Gi. T.* II. 358: 11. III. Elegit, praehabuit, maluit. *c c a p. Za. T.* II. 82: 13. IV. *i. q.* III. *c c a p. et* ب *r.* على *alter. C.* 20: 75. *H.* 1: 22. إثر *pp. inciſio, dein* ſignum, nota, veſtigium *pec. rei impreſſum. Sic* لا عين ولا اثر *nec vola nec veſtigium T.* 108: 7. أَثَر *idem Gi. C.* 48: 29. *H.* 1: 32. *Vnde* على اثري ſuper veſtigium meum. *i. e.* poſt me. *Ca. Za. C.* 11: 86. *Dein metaph. ſignum, ſiue nota eminentiae* ac felicitatis, *vnde i. q.* خبر Quod memoratur et refertur. *Aſ. Meid. Memoratum vero ſeu dictum factumue in primis tale intelligitur, quod continua ſerie et velut per veſtigia ab aliis ad alios peruenit, cuius coll.* آثار Res inſignes, *T.* II. 68: 17. *et T.* 42: 3. *item* ſigna, veſtigia. *C.* 5: 50. Impreſſiones *pedis T.* 552: 17. أثارة Dicti alicuius et facti commemoratio *praeſertim* per manus tradita. *Ca. C.* 46: 3. أثر *Form. intenſ. H.* 1: 24. تأثير *Act. in* II. *T.* II. 108: 18. إيثار *Act. in* IV. *T.* II. 646: 5. مأثور Inſignitus, inſignis. Praenobilis. *H.* 3: 150. Memoratus, continuata teſtium ſerie ac per manus traditus *ſermo, hiſtoria. Gi. H.* 6: 194. *n.* مأثُرة Inſigne aliquod, laude et celebratione dignum. *Coll.* مآثر *Virtutes inſignitae et eminentes. T.* 114: 2. *v. n. et Schult. ad Exc. Ham. p.* 545.

أثف *Syr.* ܐܬܦ, *pp. Raſit, radendo triuit, et complanauit. Mox* aequauit *in genere.* أُثْفِيَّة *ſ.* إِثْفِيَّة Tripus. *ſeu in genere*, Chytropus, ollae ſuſtentaculum. *in primis* lapis ſaxumue ei rei inſeruiens. *etiam* ex luto vel ferro factum, cui imponitur olla, vt commodius ſubdi poſſit, et ſubtus conſeruari ignis. *Gi.* * *Ab* aequando et complanando *dictus videtur, collato* שפת *Hebr.* 2 Reg. 4: 38.* *Tres enim lapides fere aequales quoscunque ad eam rem componunt Arabes Scenitae. Etiam ad* ثفي *refertur. Gi. Coll.* أثافٍ *T.* II. 542: 12.

أثل *H.* אשל *pp. Nexuit firmius, atque adeo torſit, contorſit; intranſ. firmius depactus, conſtrictus, radi-

dicalis, *inconcuſſus fuit. unde* إثل, אשל *ſiue* אשל, *Coll. Stirps firmior et denſe fruticans pec.* Myricae ſeu Tamaricis ſpecies. *C*: 34: *Exponitur* سوري چكز *Aſ.* et آق يلغون *Mirc. Quorum illud eſt Perſice* Salſuginoſa myrica, *quia ſalſuginoſis locis gaudet: hoc vero Turcice*, Alba myrica. Myricae *ſeu* tamaricis ſpeciem *faciunt omnes. Vid. Schult. ad Exc. Ham. p.* 499. *et plura apud Gol. in Lexic. ad h. v.*

أثم *Fut.* O. *et* A. *H.* אשם, *pp. Tutudit, dein tundendo impegit, pec. pedes h. e. eos ita offendit vt lapſus ſequeretur. Hinc* caeſpitauit, tardus fuit, lapſusque *camelus. Gi.* II. Criminatus fuit, criminis reum habuit, dixitue et peregit. *c c a p. Gi. notione ducta ab* آثم iniquus, peccator. إثم *Act. Caeſpitatio, offenſio, mox* Iniquitas, peccatum. *Gi. quo quis labitur in reatum, et poenam. C.* 3: 172. *H.* 2: 90. *n.* Nefas et illicitum omne. *hinc pecul.* Vinum. *Gi. et* alea. *Ca. Coll.* آثام delicta. *T.* II. 410: 11. أثم *pro* آثم, *Caeſpitans, pedem offendens, atque adeo peccans;* Iniquus: culpabilis, delicti reus. *Gi. Mar. C.* 5: 105. أثام *H.* אשם, Commiſſi criminis poena: mulcta, piaculum. *Gi. C.* 25: 69. أثيم Iniquus, peccator, criminis reus. *Gi. C.* 2: 277. *T.* II. 492: 1. *pec.* Mendax *Ca. C.* 45: 6. طعام اثيم *C.* 44: 44. تأثيم *i. q.* إثم *Act.* τῆς *Coni.* II. *Ca. C.* 52: 22. مأثم *Act.* τῆ اثم Iniquitas etc. *Ca. T.* 246: 8. *et* مأثمة *idem T.* 246: 2.

أج *Fut.* O. *Ch.* אג *et Syr.* ܐܓ *Verbum* ὀνοματοπεποιημένον Arſit, flagrauit *ignis. Gi.* Salſa et ſubamara fuit *vel* euaſit *aqua. Ca. q. d. aduſta ſ. aeſtu corrupta.* V. *i. q.* I. *Gi. H.* 7: 38. *et* Accenſus fuit. *Mar. ſic* تأجج نيران غضبه *T.* 174: 6. أجاج Salſuginoſa *ſeu* Amara aqua. *Gi. C.* 25: 55. *T.* 644: 9. مأجوج, *pro* مأجوج, *in quietem miſſa Eliph*, Magog filius Iaphet, eiusque progenies. *Ita autem Arabibus dicuntur extremi Orientis Scythae: et peculiariter illi qui Sinis ad Septentrionem ſunt. C.* 18: 93. *T.* 580: 8. يأجوج *iterum pro* يأجوج aeſtuans, vagans. *Dein eximie* Gog. *Hoc autem nomine Arabibus notantur extremi* Ori-

Orientis Scythae: peculiariter qui Sinis ad Boream poſiti. et fere iunctis nominibus ſimul dicitur ياجوج وماجوج Gog et Magog. *C.* 18: 93. *T.* 580: 8.

أَجَرَ *Fut.* O. I, *H.* אגר *pp. Voluit, conuoluit; dein conglobauit, conglomerauit: et alio flexu, voluendo collegit comportauitque. Vnde, notione ducta ab* أَجْرٌ *ſeq.*, Mercenarius factus et mercede vel pretio conductus fuit, meruit. *Ca. Mar. C.* 28: 27. *et* X. Mercede conduxit, *vti domum; vel* mercenarium cepit. *c c a. per* ب *et* على *vel* ب *pretii. Merc. C.* 28: 26. أَجْرٌ *Ch.* אַגַר *Globulus argenti, numulus, dein* Μισθὸς, merces, praemium. *C.* 36: 10. *Et* rei conductae pretium. *Gi. C.* 33: 49. *Coll.* أُجُورٌ Mercedes. *C.* 3: 50. *Item i. q.* مهر, Sponſalitia dona, quae ſponſae perſoluturum ſe promittit ſponſus. *Za. Ca. C.* 4: 29. 5: 7. أُجُرٌ *et* أَجُرٌ. *et vtrumque etiam ſine Teſdid* a Perſ. اجر Later coctus. *Gi. Ca. ſeu potius Coll.* Lateres. *Aſ. quaſi conglobati. quamuis Perſicum proprie notat* tegulam imbricemue. *T.* 88: 2.

أَجَلَ *Ch.* אגל *pp. Voluit, dein conuoluit, prouoluit. Hinc* Mouit, promouitque ceu ad terminum *mali quid c c.* على *p. boni quid c c.* ل *p.* II. Diſtulit: ſpatium et tempus conceſſit ac praeſcripſit. *Gi. C.* 3: 145. Congregauit, collegit in vnum locum *vti aquam etc. Ca. quemadmodum vndae volui dicuntur. C.* 77: 12. أَجْلٌ *vicinae originis* גֵּלָל *Hebr.* בגלל Cauſa gratia: *vti* من اجل ذلك Huius rei gratia, hanc ob rem. *C.* 5: 35. *et* لاجل حرمته Dignitatis eius cauſa. *T.* 620: 9. أَجَلٌ *Prouolutio temporis, dein* Spatium temporis et duratio: tempus praefinitum. *Gi. C.* 65: 2. Terminus, meta. *C.* 2: 231. *Cum Art.* الأجل *peculiariter* Terminus vitae, *qui ex Arabum ſententia cuique fixus:* Fatalis meta. *et ipſa* Mors. *Hez. C.* 7: 32. *quae et* اجل مسمي *dicitur. C.* 6: 2. *et* اجل قريب *C.* 63: 10. مُؤَجَّلٌ *Part. in* II. Temporis et rerum terminum praeſcribens, liber. *C.* 3: 139.

أَجَمَ *Ch.* אגם, *pp. Aeſtuauit, ferbuit, efferbuit. Inde porro* alterata ac foetore corrupta fuit *aqua.* أَجَمَةٌ Arundinetum. *Gi. q. d. ſtagnum, vbi aqua poſt aeſtum ſidens foetorem contrahit.* dein Aſylum, refugii locus: *vti arundinetum eſt feris. et hinc* Munimentum, caſtellum. *Ca. Coll.* أُجُمٌ *T.* II. 712: 2.

أَحِدَ *Ch.* אחד, *Vnitus fuit. Origo forte eſt findere, diffindere.* أَحَدٌ *H.* אחד *pp. Diſſiſſio, dein diſſiſſus, ſeparatus, mox* Vnus, aliquis quisquam. *C.* 63: 10. Vllus, *C.* 3: 84. *praeſertim cum negatione. T.* II. 136: 15. *Vſurpatur et ſub hac terminatione velut foemininum. C.* 33: 32. *Cum Articulo* ال *abſolute poſitum tribuitur ſoli Deo*, Vnus et unicus ille, Deus. *Gi. Ca. Pro eo etiam uſurpatur ſine Articulo. C.* 112: 1. ما من احد Haud quisquam eſt. *C.* 9: 128. *Foem.* إِحْدَى Vna. *Gi. C.* 8: 7. *Coll.* آحَادٌ viri incomparabiles, Phoenices. *Ca. q. d. vnici in ſuo genere. ſic* احاد الناس Phoenices ſeculi *T.* II. 16: 11.

أَحِنَ, *Fut.* A. *Origo hactenus incognita.* **Eſt vicinum alteri* وحن, *quod eandem proprietatem habet ac* وحم, יחם, *Caluit, incaluit, efferbuit, pec. ira, et indignatione. Mox** Iratus fuit, ſuccenſuit *grauius*; odio habuit. *c c.* على *Mu.* إِحْنَةٌ Odium *ingens. Gi. Coll.* إِحَنٌ *T.* 418: 14.

أَخَذَ, *Fut.* O., *H.* אחז, *pp. Strinxit, vel ſtringendo preſſit; dein conſtrinxit, ſpec. manu iniecta apprehendit, retinuitque.* Cepit, *et quidem iuxta omnes eius ſignificationes: nempe* Accepit, ſumſit *c c a r. Gi. C.* 10: 25. *et c.* من *p. C.* 9: 50. Prehendit *c.* ب *C.* 7: 150. *Hebr.* אחז ב. *Hinc imperat. apocopat.* خُذْ חז *vet. pro* أُخُذْ, אֱחֹז, Accipe, tene. *H.* 3: 158. Corripuit, inuaſit *aliquem ſupplicium c a. C.* 2: 52. *Hinc abſol.* E medio ſuſtulit. *C.* 40: 5. *Succenſuit alicui ob id quod fecit. c a p. et* ب *r. C.* 18: 72. اخذ حذرة Cepit metum eius rei, *i. e.* timuit ſibi et ab ea cauit. *Gi. C.* 4: 73. *T.* 592: 11. اخذ عليه الميثاق Iniuit foedus *vel* pactum cum eo; pactus et ſtipulatus fuit. C. 5: 15. *T.* 504: 6. اخذه بذنبه Corripuit eum ob delictum ipſius, de peccato eius poenam ſumſit. *Gi. C.* 7: 127. Coepit, incepit, inſtituit. *Gi. c.* في *actionis. T.* II. 392: 3. Inſtituit *ſyllogiſmum c.* ب *T.* II. 4: 11. *vel c. Fut. T.* 294: 8. Contendit, iuit, abiit. *Mar. c.* من *loci. T.* II. 394: 3. *Ita et tetendit*, duxit, *via ad aliquem locum. T.* 370: 4. اخذ الليل في السكون *Ingruit quies noctis. T.* 276: 13. اخذ عين الشمس الانبهار *Oculo Solis accidebat caligo. T.* II. 342: 3. III. Corripuit, culpabilem habuit *ob factum dictumue. c c a p. et* ب *r. Gi. C.* 5: 91. *T.* II: 940. 7, 8. VIII. إِتَّخَذَ

اِتَّخَذَ *pro* اِيتَخَذَ *dicitur; i. q.* اخذ, Cepit, ſumſit. *T.* 306: 5. *Sic* اِتَّخَذَ مَتَابًا Arripuit *conuerſionem. C.* 78: 39. *et* سَبِيلًا *viam, eodem ſenſu. C.* 73: 19. أَيْمَانَ Iuſiurandum exegit. *C.* 16: 96. وَلَدًا Suſcepit *prolem. C.* 25: 2. Adoptauit *filium. C.* 28: 8. Adſciuit, cooptauit. *c c a. C.* 2: 110. *T.* 526: 15. *uxorem C.* 72: 3. *puella amaſium C.* 4: 29. *pecul.* Adſumſit alium *Deum. C.* 4: 152. Excepit *aliquem* amice. *In Paſſ.* Beneuole exceptus fuit, *inſtar amici intimi. H.* 4: 48. Fecit, conficit, *ſtruxit aedificium. C.* 18: 20. أَخْذٌ *Act. in* I. Sumtio, acceptio *pec. uſurae. C.* 4: 159. *et* punitio, poena. *Ca. C.* 11: 104. آخِذٌ *part.* آخذ بناصيتها *Apprehendens antias eius. C.* 11: 59. اِتِّخَاذٌ *Act. in* VIII. *C.* 2: 51. مُتَّخِذٌ *part. in* VIII. *Adſciſcens pellicem. C.* 5: 7. *in Paſſ. adhibitus in aliqua re ad quid faciendum. c.* في *et* ل *T.* 358: 7.

أَخَّرَ *H.* אחר, *Origo forte eſt Verti, hinc vertendo retrorſum moueri et conuerti.* II. Diſtulit; *nempe* tardauit, procraſtinauit. *q. d. vertendo retrorſum mouit. opp.* ضدّ قدّم. *H.* 15: 39. *C.* 82: 5. *Detinuit aliquem. c a. T.* II. 432: 14. اخر الله في اجله Prorogauit illi Deus vitae ſpatium. *Gi. Ca. Etiam* patienter tolerauit diſtulitque. *c c.* الى *C.* 14: 11. V. تَأَخَّرَ Retro manſit: poſterior fuit. *Merc. Opp.* ضدّ تقدم. *C.* 48: 2. *T.* 40: 13. Tardauit, cunctatus fuit. *Opp.* ضدّ تعجل *C.* 2: 198. Retroiuit. Receſſit. *Gi. Mar. T.* 156: 13. X. *i. q.* V. *nempe*, Retro et poſterior fuit et manſit. *Gi. C.* 7: 32. أُخُرٌ *Opp.* ضدّ قُدُمٌ, *H.* אָחוֹר, *Pars auerſa*, poſterior. *et* Poſtica pars. *Gi. T.* 624: 7. آخَرُ *formae* أَنْصَرُ, *vel etiam* أُخَرُ *H.* אַחֵר, Alter, alius. *C.* 15: 96. *item, vti et H.* אחר, *praeſtantior, melior. C.* 4: 132. آخِرٌ, *quaſi Ag. diuerſus*, poſterior, priori ſuccedens. Poſtremus, extremus. *Gi. C.* 10: 11. *T.* 78: 13. *Pecul. Dies mundi vltimus C.* 2: 7. آخِرَةٌ *H. et Ch.* אחרית Poſterior. *et* Poſtremum, extremum, nouiſſimum. *C.* 2: 80. κατ' ἐξοχὴν الآخرة Poſterior et extrema ac ſuprema vita: tempus nouiſſimum. *Gi. Ca. C.* 12: 109. *opponiturque* ضدّ الدنيا Mundus, vita praeſens. *C.* 23: 34. الملة

الملة الاخرى *i. e. Chriſtianiſmus. C.* 38: 6. *Coll.* أُوَاخِر *T.* 620: 13. *vnde* اواخر واوايل *poſteriores ac priores, i. e. ad vnum omnes. T.* 394: 15. *Dicitur autem* اواخر, *in omni genere, ceu Subſt.* أُخْرَي Altera, alia. *Gi. C.* 2: 282. *Altera vice. C.* 39: 68. *ſic et Opp.* تب ثانية *T.* 170: 11. Porro في أُخْرَيكم *In extrema parte veſtri. C.* 3: 147. *Coll.* أُخَر *C.* 4: 103. *et* أُخْرَيَات Poſtremae et vltimae partes. *Gi. H.* 2: 74. مُوَخَّر *Rabb.* מאוחר, *cum* ة, *Opp.* تب مُقَدَّمة, Poſterior et Poſtica pars *aciei. T.* II. 22: 3. مُتَأَخِّر *Opp.* تب متقدمة, *part. in* V. *T.* 432: 1. مُسْتَأْخِر *part. in* X. ſubſequens. *C.* 15: 24.

أَخَ *H.* אחה *pp. Nexuit, innexuit, iunxit; pec. firmius, nexu arctiore adſtrinxit et religauit.* III. آخا, *pro quo vulgus* واخا *dicit, notione ducta ab* أَخ, Frater factus fuit: fraternitatem *vel* amicitiam contraxit *et* coluit. *c c a. Gi. H.* 4: 24. *v. n.* أَخ, *loco* أَخُو, *H.* אָח, Frater germanus, *a nexu fa*cratiore *dictus C.* 4: 15. *et* Qui fraterno amore iunctus, Socius. Amicus, *ſiue cognatus ſit et proximus ſiue non. Gi. Vix tamen hoc nomine compellant niſi qui eiusdem ſunt religionis. Vid. C.* 9: 11. *In regimine, vel cum affixo, aſſumit in nominandi caſu* و, *in gignendi* ي, *in accuſandi* ا, *ſingulas cum homogenea vocali literas, vti etiam facit* اب. *Figurate* اخو عيلة *Frater egeſtatis H.* 3: 148. *n. et* اخو سفار *Frater peregrinationis i. e. in itineribus faciendis perpetuus. H.* 5: 80. *n. Coll.* إِخْوَة *C.* 4: 175. *et* إِخْوَان Fratres: *maxime qui amicitia tales, non natiuitate; hi enim potius* اخاء *et* اخوة: *C.* 3: 98. *H.* 2: 46. *licet hoc diſcrimen aliquando negligatur, vti T.* II. 324: 10. الْأَخَاء *et* أَخَاء *Coll. a ſing.* أَخ *vti* اباء patres, *ab* اب, *H.* 4: 3. إِخَاء *Act.* Fratrem fieri, fraternitatem et amicitiam contrahere. *Gi. T.* II. 226: 8. أُخْت, (*H.* אָחוֹת,) *quaſi* أُخْوَة, (*aut potius pro* أَخْوَة) Soror. *Gi. C.* 4: 15. *item Metaphorice* ſimilis, par, congener, altera. *vti* كلما دخلت امة لعنت اختها Quotieſcunque ingreditur, *nempe*

Infernum ſecta aliqua, maledicit ſorori *i. e. aequali* ſuae, *ſiue* quaeque damnat et exſecratur alteram. *C.* 7: 36. *Coll.* أَخَوَاتٌ *C.* 4: 27. أَخِيَّةٌ *Vinculum arctius cognationis et neceſſitudinis. Coll.* أَوَاخِي *Neceſſitudines ſacratiſſimae. H.* 4: 24. *n. et id. Schult. ad Iob. p.* 7.

أَدَّ *Fut.* O. A. *i. q.* هَدَّ *et origine vicin.* τοῖς ادي, هدي etc. pp. *Tetendit, dein* ſuperuenit, inciditque *et velut* oppreſſit *infortunium aut aliud malum. c c a. Gi.* إِدٌّ Res admiranda et ſtupenda. *et hic ſaepe praemittitur nomen* شَيْءٌ *ita vt* اد *illud quaſi Adiectiuum ſit. C.* 19: 91. *H.* 6: 188. *n. T.* 452: 5. *n. Vid. Scheid. ad Cant. Hiskiae. p.* 242. *ſſ.*

أَدُبَ *et* أَدَبَ *H.* ארב, *vicinum videtur alteri* دأب *H.* ראב, *pp. Tabuit, contabuit, extabuit. Hinc pec. intabuit literis etc. i. e. multum laboris in iis acquirendis impendit. Porro* Humanitate *ſeu* morum et doctrinae elegantia praeditus fuit polluitque. *Merc. Gi.* II. Bonis moribus et literis imbuit. *Gi. T.* II. 962: 4. V. *Paſſ. coni.* II. Bonos mores et literas edoctus, et diſciplina eruditus ac bene formatus fuit. *Gi.* أَدَبٌ *Act. et ipſa* Humanitas, ciuilitas morum, elegantia morum et doctrinae. *Gi. H.* 2: 41. *T.* 88: 5. *Coll.* آدَابٌ Boni et gratioſi mores. *H.* 2: 58. *T.* 196: 8. أَدِيبٌ Humanus. Bonis moribus et literis praeditus, liberaliter educatus, et bene moratus *Gi. H.* 1: 8. *T.* 26: 12. *Coll.* أُدَبَاءُ *H.* 1: 40. *T.* 86: 9. تاديب *Act. in* II. *T.* II. 962: 4. مادبة *Coll.* مادب Epulae conuiuium. *H.* 11: 18. متادّب *part. in* V. Bene inſtitutus, bonos mores edoctus; πεπαιδευτός *Mar. H.* 2: 74. 9: 89.

أَدَمَ *Fut.* O. I. أَدِمَ *Fut.* A. et أَدُمَ, *H.* אדם, *pp. Splenduit cum rubore intermixto, rutilauit. Porro* Fuſcus euaſit *vel* fuit. أُدْمَةٌ, *ſiue potius* آدَمُ *pro* أَأْدَمُ, *H.* אָדֹם *i. q.* اسمر Valde fuſcus, rubidusue. *Dein* Adam *C.* 2: 29. *et* Homo, *pro quo frequentius tamen* انسان ادم *dicunt. T.* 6: 4. أَدِيمٌ *pp. ſplendida rei planities,* (*vti* לוח لَوْحٌ planities *eſt a* لَاحَ Splenduit;) *dein eximie* Superficies terrae. *Gi.* item اديم هواء *aëris i. e. expanſum. T.* 242: 5. *et ex ambiguo ſimul* pellis. *T.* 414: 11. *v. n. Hinc et* pellis. *quae figurate tribuitur nocti,*

ﺘﺘﻲ, *nigredinem eius ſignificans. H.* 5: 68. *vid. Schult. ad Har.* 4. *p.* 10. *Sumitur et pro vita fortunisque omnibus T.* 98: 1. *n. Metaphorice* ﺍﺩﻳﻢ ﺍﻟﺴﻤﺎﺀ *i. q.* רקיע, Expanſum coeli *T.* 190: 3. *n. Hinc phraſis* ﺍﺩﻣﻪ *ſ.* ﻣﺰﻕ ﺍﺩﻳﻤﻪ *pp.* Lacerauit pellem ipſius, *h. e. Perdidit, euertit eum H.* 12: 29. *T.* II. 542: 2.

ﺍَﺩَﺍ *pro* ﺍَﺩَﻭَ, *Fut.* O. *Eiusdem originis atque* ﺍﺩّ, *et* ﻫﺪﻱ, *nempe Tetendit, tendendo venit, aduenit. Hinc* IV. *pp. Admouit, adduxit; dein* Iuuit, auxiliatus fuit. *c c a. p. et* ﻋﻠﻰ *r. Gi. Ca. Niſi malis in hac ſignificatione dici pro* ﻋﺪﻱ *quaſi ſubornauit, inſtrumento neceſſario inſtruxit. Vti Schult. Cl. Dial. p.* 269. *In paſſiuo* Diſpoſitus, paratus, accinctus fuit: parauit et accinxit ſe. *c c.* ﻝ *Cor.*

ﺍَﺩَﺍﺓ *pro* ﺍَﺩَﻭَﺓ, *i. q.* ﺍﻟﺔ, Inſtrumentum, apparatus: quod neceſſarium eſt *vel* inſeruit rei perficiendae. *H.* 6: 248. ﺇِﻳﺪَﺁﺀ *Act. Conj.* IV. Adiumentum, opitulatio: corroboratio. *Gi. T.* 254: 2.

ﺍَﺩَﻱ *pro* ﺍَﺩَﻱَ, *i. q. praeced.* ﺍﺩﺍ *Tetendit, mox, peruenit.* ﺍﺩﺕ ﺍﻟﻰ ﻣﺸﺎﺟﺮﺓ *Peruenit* res *ad contentionem. T.* 534: 7. II. Fecit vt quid perueniret: miſit, attulit, adduxit, perduxit. *C.* 3: 68. *H.* 1: 7. *T.* II. 120: 3. Perſoluit et praeſtitit quod debebat. *c c a r.* et ﻝ *p. Gi. Ca. C.* 44: 17. *T.* 428: 6. *et cum* ﺍﻟﻰ *C.* 3: 68. 4: 61. ﻣﺎ ﺍﺩﻱ ﺍﻟﻴﻪ ﺍﻻﺟﺘﻬﺎﺩ *Quodcumque ipſi ſuggerebat ſtudium ſuum. T.* II. 103. ﺍﺩﺍﺀ *et quidam cum Keſra, quaſi Act. irregulare Conj.* II. Solutio, praeſtatio. *Mar. T.* 466: 7. *et* Res quae perſoluitur, penditur, *aut* quae debita praeſtatur. *Gi. pec. mulcta. C.* 2: 173.

ﺇِﺫْ *quaſi* ﺍﺫ, Ecce. * *Sed pertinere videtur potius ad verbum* ﺍﺫﻱ, *vt dictum ſit proprie* ﺇِﺫْ *pro* ﺇِﺫﻱ אז *articulus temporis q. reſectus; et abſolute, iſto articulo, h. e. Lat.* Tum. * *Vſurpatur cum agenti quid et velut inopinanti incidit aliquid. Gi. C.* 2: 48. *et fere poſt* ﺑﻴﻨﺎ dum. *T.* 262: 7. *Item* cum, *praeteriti temporis, vti* ﺍﺫﺍ *ſequens futuri,* tunc cum. *C.* 2: 28. *H.* 3: 158. *T.* 508: 6. ﺇِﺫَّﺍﻙَ *ſiue* ﺇِﺫْﺫَﺍﻙَ Tunc, eo tempore; *pp. tunc tibi. Schult. ad Lb. p.* 67. *T.* 278: 1. *vel nomine temporis praecedente, vt* ﺣﻴﻨﺌﺬ Tunc temporis. *C.* 56: 83. ﻳﻮﻣﺌﺬ Illo die. *Gi. C.* 3: 160. *H.* 2: 108. *n.* ﺇِﺫَﺍ Quum *temporis futuri, vti* ﺇِﺫْ *eſt praeteriti. Gi. C.*

2: 13. *T.* 56: 5. *et cum* ما *pleonaſtico* اذا ما, Quum, ſi, quando. *H.* 13: 19. *Subinde tamen et tempus praeteritum ſeu praeſens notat*, *Ca. T.* 510: 10. *Eſt item i. q.* اذ, ecce. *vſurpaturque fere cum quid incidit praeter exſpectationem: et conſtruitur vel cum Nominatiuo, vel cum Genitiuo ante ſe habente* ب. *Sic* اذا برجل Ecce virum. *T.* 66: 9. *Et hinc conſequentiae ſeu illationis Particula*, הִנֵּה *conſonans quaſi cum ipſa Arabica voce*, equidem, vtique: *ita in Cor.* 30: 35. وان تصبهم سيئة اذا هم يقنطون Quodſi accideret iis malum aliquod, vtique ipſi deſperarent. *et*, *vti praeced.* اذ, *poſt* بينا dum *T.* 278: 3. **Mihi quidem hoc* اذا, (*plane vt* اذ,) *apte ſatis reſpondere videtur Lat.* TVM; *quae particula etiam in caſu inopinato ſolet frequentari.** إِذًا *pro* إِذَنْ, *Reſponſionis ſeu retributionis Particula.* Equidem, ſane. *Vid. Gramm. C.* 12: 79. *et ſic* وما كانوا اذا منظرين neque erunt ſane (*Mar.* vlterius) exſpectandi. *C.* 2: 8. *إِذًا *pro* إِذَوًا*

عَشِبَ *H. et Ch.* עֵשֶׂב, Siccus aridusue fuit. IV. Herbam, pabulumue viride, produxit, *ſeu* herboſa fuit, *terra. Ca. fig. Floruit* ربع الفساد ſedes latrocinii. *T.* 42: 9.

عَشَرَ *Fut.* O, *H. et Ch.* עשר *et Ar.* עסר, *vic.* عسر, *pp. Conſtrinxit, compegit: binc*, *notione ducta a nomine* عشر, Decimauit, accepit decimam partem de opibus pecoribusue *populi*. *ccap. ſic* عاشر Publicanus. *T.* II. 210: 5. 2, *Fut.* I, Fuit decimus, acceſſit decimus *aliis* nouem

uem. *ccap. Gi. hinc* عاشر Decimus. *T.* II. 156: 3. 3, Per decem iam menſes foeta fuit *camela. vide* عشراء. III. *alio flexu Compegit, in vnam ſocietatem collegit, hinc* Conſueuit, familiariter conuerſatus fuit, conſortio iunctus fuit. *C.* 4: 23. *etiam* Societatem *vel* affinitatem iniuit. *ccap. Gi. T.* II. 864: 11.

عَشْرٌ *Act.* Compactio; *dein, quam originem etiam vox Lat. habet, Foem.* Decem. *ccg. Gi. q. d. faſcem numerorum minorum. C.* 7: 139. *in Maſc.* عَشَرَةٌ. *cc* ل *Gi. etiam* Decas. *C.* 2: 191. *vel et cum med. Giesm. hinc* اثنتى عشرة Duodecim. *C.* 2: 57. *et in Coll. ab obſoleta forma* عشر *cum prim. Kesr.* عشرون Viginti. *C.* 8: 66 عَشِيرٌ, *Coll.* أعشار, Pars decima. 2, Socius, familiaris. *H.* 4: 16. *inde* عشيرة, *Coll.* عشائر, Caterua hominum, *pec.* familiarium et cognatorum: Tribus, genus. *C.* 58: 22. *et in genere* Conſortium. *H.* 3: 128. *in Coll.* عشيرات *vnde* عشيران البلاد. Tribus, *ſiue* gentes. *T.* 594: 8. عُشَرَاءُ, *Coll.* عِشَار, Camela quae decimum ab initu agit menſem. *C.* 81: 4. عِشْرَةٌ Conuerſatio, mutua conſuetudo. familiare conſortium. *Gi. T.* 28: 2. *ſic* اجملوا عشرته Iucundam reddiderunt ſocietatem eius. *vti e Mſſ.* et *not. reſtituendum H.* 2: 108: مَعْشَرٌ, *Coll.* معاشر, Coetus, congregatio, agmen hominum, *pec.* ſociorum. *Gi. H.* 1: 18. مِعْشَار Decima pars, quae decimando colligitur. *Gi. C.* 34: 44.

عَشِقَ *vic.* عسق. עשק, *pp.* Nexuit, implicuit arctius: *hinc ſpec.* Amore puellae flagrauit. *çca. hinc* معشوق Qui vel quod amatur, amaſium. *H.* 3: 166. *n. vbi et* عاشق *Ag. i.q.* عُشَّاق Amans, amator. *ſic* جزيرة العشاق Inſula amantium *vulgo dicitur vrbs Sinope. vti* [illegible] *T.* II. 284: 7.

عَشَا *Fut.* O, *vic.* عشى *etc. pp.* Tectus, obtectus, obſcuratus fuit: *hinc pec. de vitio oculi veſperi parum cernentis,* Nyctalops, luſcitioſus fuit. *fig.* عشى عن ذكر الرحمن Coecus, *h. e. prae animi coecitate alienus,* fuit a commemoratione Dei. *T.* 18: 3. *inde generatim* 2, Receſſit, deceſſit, *ab eo ad alium. cc* عسى. 3, *med. Kesr. a Veſpera ducta notione,* Cibum veſpertinum pabu-
lum

lumue cepit. IV. *Tranſ.* ✠ I *ſign.* 1. *fig. de cibo nimis ſero ſumto H.* 5: 96. *vbi et* V. *i. q.* I. *ſign.* 3. *v. n.* عَشِيٌّ *et* عَشَاءٌ, *etiam* عشية, Veſpera, tempus a ſolis occaſu ad primam noctis vigiliam. *C.* 79: 47. *ſic* صباحا ومساء وعشاء Mane veſpera et noctu, *i. e. continuo. T.* 174: 13. *ita et* بكرة وعشية Mane et veſpera, *ſeu per totum diem. C.* 19: 12. عَشَاءٌ *Act. ſign.* 3. Coena. *Gi. hinc Prou.* خير العشاء سوافره Optima coena eſt quae lucente adhuc die ſumitur. *H.* 5: 94. *n.* عَشْوَةٌ Negotium obſcurum; *et* ſtupendum ac periculoſum. *Gi. vnde adiect. denominat.* عشوي, *in foem.* عشوية Locus coecus, *h. e. vti* معامي *a* عمي, *incultus ac ſignis viarum carens. ſic* عشويات المهالك Loca coeca deſertorum, *i. e. inuia. vti leg. e. Mſ. Schroed. T.* II. 302: 13.

عَصَبَ *Fut.* I, *H. et Ar.* עצב, *pp. Strinxit arctius: hinc* Circumdedit, cinxit. *cca et* ب. *T.* II. 762: 3. II. Exitio dedit. *ccap. Ca. ſic cum alluſione ad notionem quae etiam in* I *obtinet,* Mutauit caeſuram مفاعلتن *in* مفاعيلن: *pec.* in metri genere, quod وافر dicitur. *T.* II. 36: 12. *n.* VIII. Inualuit, durus, firmus fuit. *Gi. etiam* Violentus. *T.* II. 616: 2. عصيب *part.* ✠ I, Vehemens grauisque dies. *Gi. C.* 11: 79. عُصْبَةٌ Agmen virorum, equorum auiumue a 10 ad 40. *Gi. C.* 28: 76. عُصْبَةٌ, عَصَبَةٌ, *Coll.* عَصَبٌ Neruus, tendo. *T.* II. 762: 3. *etiam Vinculum, pec. arctius ſtringens, vnde per meton. ipſi* homines *arctiore cognationis vinculo coniuncti, praeſertim* Liberi et propinqui paterni. *Gi. hinc* عَصَبِيَّةٌ Amor cognationis *T.* 292: 7. *n.* عِصَابَةٌ Caterua hominum, equorum, auium. *T.* II. 732: 13.

عَصَدَ *Fut.* I, *pp. i. q.* لوا Inflexit, torſit, *collum. cca.* Vertitque mouendo *pultem. Gi.* عَصِيدَةٌ Puls, pulmentum ſpiſſius, quod difficulter ſpatha ſubmouetur. *Gi. T.* 470: 6.

عَصَرَ *Fut.* I, *H. et Ar.* עצר *pp. Strinxit, ſtringendo* Preſſit *uuas,* expreſſitque ſuccum. *cca. C.* 12: 36. *etiam* Preſſit *homines, pec.* obſidione. *T.* 326: 6. *hinc Act.* معصر, معاصر, *Coll.* Calamitas. *T.* II. 896: 14. IV. Ingreſſus fuit ب ,معصر. *Ca. etiam*

Nubes et puluerem agitauit *ventus. Caſt.* *unde Act.* اعصار Ventus qui puluerem concitatum in altum extollit columnae forma, turbo: aut qui nubem agit tonitru fulmineque praeditam. *Gi. C.* 2: 268. *etiam hyemi tribuitur T.* II. 468: 7. *hinc* معصرات *part. foem.* Nubes exprimentes pluuiam. *Gi. C.* 78: 14. عُصُر, *Coll.* عصور *et* اعصار, *i. q.* دهر Seculum, tempus. *fig.* تيار الاعصار Fluctus temporum *e ſcaturigine decreti diuini T.* 6: 3. *etiam* Fortuna, *pec.* aduerſa. *ſic* Equus اروح من عصر جمح magis calcitrans quam fortuna refractaria. *T.* 178: 2. *ſpec.* عصر Tempus pomeridianum, quod eſt a declinatione ſolis vsque ad occaſum. *Gelal. T.* 326: 8. *n. eſt et Nom. capitis Coran.* 103. عُصَارَة Quod facta preſſione effluit. *Gi. T.* II. 836: 1. مِعْصَار Prelum, torcular. *T.* II. 124: 9.

عَصَفَ *Fut.* I, *Act.* عَصْف, *pp.* *Strinxit, deſtrinxit, vt ventus folia: inde* Vehementer valideque ſpirauit *ventus. ſic part.* عاصف Vehemens, validus, *ventus. C.* 21: 81. *et cum* ة, *Coll.* عواصف *ipſe talis* Ventus. *fig.* *Imitabatur ventos veris* بعواصف الرياح وتوجيه turbinibus iuſſorum et interdictorum ſuorum. *T.* II. 380: 1. *ita et* عواصف الغيلة turbines exitii. *T.* 212: 3. 2, Reſecuit *ſegetem* nondum maturam, et adhuc in herba. *cca. Gi. hinc Act.* عصف *etiam* Herba ſeu folia ſegetis. *C.* 105: 5. عَصْفُور, *Coll.* عصافير, Paſſer auis. *fig.* صيد عصافير القلوب Venatio animorum, ceu paſſerum. *T.* II. 550: 7.

عَضَلَ *vic.* عضل كد *etc. in orig.* Torquendi: *inde* Incuruauit *lignum. hinc* عَصَّال Valide intorquens. *ſic recte* عصال النصال Intorquens pila, *pro* عضال النضال *quod alii habent codd., legitur. T.* 386: 5.

عَصَمَ *Fut.* I, *H. et Ch.* עצם, *or. in Stringendo, conſtringendo, hinc* Vinculo loroue inſtruxit *vtrem, eoque* conſtrinxit. *cca. Gi.* et 2, *conſtrictum tenuit*, Seruauit immunem, defendit. *cca et* من. *C.* 11: 45. *ſic* عاصم *ſenſu paſſ.* Immunis, *pec. ab obſeruantia legis. ibid. et T.* II. 678: 4. *etiam vt part. act.* Defenſor. *C.* 10: 28. *pec. Verb.* عصم Seruauit ſe immunem. *hinc* معصوم Innocens. *T.* 214: 4. VIII. Semet continuit et ſeruauit *Deo iuuante a peccato cc*

بـ et من. *etiam* Firmiter tenuit, apprehendit. *cc* ب. *ſic* بحبل الله funem Dei. *C.* 3: 97. X. *i. q.* VIII. *ſign.* 1. *cc* ب *Gi. C.* 12: 32. عِصْمَةٌ, *Coll.* عِصَمٌ Defenſio, tutamen. *T.* II. 160: 1. *et* Pudicitia *T.* 248: 4. *etiam* Collare. *Gi. ſpec. quo includitur collum canis. fig.* عصم الكوافر Collaria foeminarum infidelium *dicuntur vincula coniugii moleſti et ignominioſi, quod Moslemi iniuerint cum foeminis infidelibus. C.* 60: 10. اعصم *form. intenſ. pec.* Albicante alae penna inſignis *coruus. hinc adag. Euaſerunt* مثل الغراب الاعصم vel- vti corui albi, *i. e. pauciſſimi. T.* II. 266: 3. مِعْصَم, *Coll.* معاصم, Carpus, pericarpii locus. *Gi. fig. Armilla illigata* على معصم عصمة ſuper carpo pudicitiae. *T.* 286: 1.

عَصَى *Fut.* O, *H.* עצץ *et Ar.* עצץ, *or. in Stipando, conſtipando: hinc Conſtipatus, durus fuit; et tranſlate vlt.* ي *Fut.* I, Immorigerus *alicui* fuit, rebellis ſe oppoſuit, aut defecit. *cc ap. C.* 4: 18. *vel c* على *T.* 564: 18. *ſic* عصاة *et* عصي, *Coll.* عصاة, Oſáton, Inobediens, rebellis, contumax. *Gi. C.* 19. 45. *et in foem.* عاصية, *Coll.* عواصي. *Tranſlate* Aſper: *de monte. T.* 160: 6. *et* قلاع عاصية Arces rebelles, *pro munitiſſimis. T.* 222: 7. *n. ita et* اعصي *form. intenſ.* Admodum rebellis. *fig.* اعصي من ابليس Magis inexpugnabilis quam Diabolus. *T.* II. 284: 11. III. *i. q.* I. *cc ap. ſic Act.* معاصي *T.* 306: 4. X. *idem. cc* على. *Gi. de arce. T.* II. 824: 14. عَصًا, *Coll.* عِصِي, Baculus, ſcipio, fuſtis. *C.* 26: 43. *hinc Prou.* شق العصي Fregit baculum, *i. e. erupit in diſſidium. T.* 200: 1. *et* شق عصا الشقاق Fregit baculum diſſidii, *i. e. diſſidia fugauit. H.* 4: 4. *v. n. etiam, figura a baculo viatoris ducta,* القي عصاه Proiecit baculum ſuum, *h. e.* Conſtitit ſubſtititque, et miſſum fecit *iter. Gi. H.* 5: 120. *conf. not. et Reiske in Collect. Prou. a baculo. p.* 16. *ſqq. addatur* عصي موسي Baculus Moſis: *qui et in Prouerbium abiit T.* 272: 5. مَعْصِيَةٌ *et* عِصْيَان *Act.* Inobedientia, defectio, rebellio. *Gi. H.* 1: 16. *de arce munita et inacceſſa. T.* II. 296: 6.

عَضَّ *et cum med. Kesr.*, *Fut.* A, *vic.* عض *et* عضا, *pp. Stipauit: hinc* Dentibus prehendit

buccellam, *et* Momordit. *c c* ب, *vel e a vel et c* علي. *fig.* عضت علي العناب بالبرد Admordit uvas, *rubicundas digitorum extremitates*, grandine, *ſeu dentibus candidulis*. *H.* 2: 100. *n. hinc phraſis* عض الانامل Momordit digitos. *quod prae dolore*. *C.* 25: 29. *ex deſperatione*. *H.* 2: 106. *prae ira*. *C.* 3: 115. *etiam prae admiratione*. *fig. Ob facinus eius* عض الكون لنملة العجب momordit mundus digitos admirationis. *T.* II. 362:

5. عَضُوضٌ Mordax *equus*. *etiam bellum*. *T.* II. 736: 10. *n.*

عَضَبَ *Fut.* I, *Act.* عَضْبٌ, Secuit. *c c a. hinc* عضب *Act. et* Enſis acutus. *Gi. fig.* عضب غضب Enſis iracundiae. *vti leg.* *T.* II. 666: 1. *etiam* Acumen dictionis. *T.* II. 978: 5. *fig.* جرد عضبه من جفنه Extraxit gladium eius e vagina: *h. e. aſtutiam eius manifeſtauit*. *H.* 6: 274. *n.*

عَضَدَ *Fut.* O, *H. et Ch.* עצד, *pp.* Fulciuit, *ſuſtentauit*, *mox* Iuuit *aliquem*. *c c a p.* *T.* 28: 10. III. Adiuuit, opem tulit. *c c a p. ſic Act.* معاضدة *T.* II. 436: 10. VI. Mutuam opem ſibi attulerunt. *T.* 280: 3. VIII. Brachium impoſuit ſuppoſuitue. *c c a r. etiam* Sub brachium aſſumſit *manticam*. *H.* 1: 10. X. Brachium ſuppoſuit *i. e.* auxilium opemue tulit. *fig.* استعضد Brachium illi ſuppoſuit *victoria* واستنهض et aſſurgere eum fecit. *T.* II. 350:

3. عَضُدٌ, *Coll.* اعضاد, Brachium, *ſc.* ſuperior pars cubito humeroque contermina. *fig.* عضد المعاضدة Brachium auxilii. *T.* II. 350: 6. *hinc phr.* شد عضده Roborare brachium alicuius. *C.* 28: 35. *dein* Robur et praeſidium: Socius, adiutor. *Meid. C.* 18: 49. *ſic ex amb. Sitis mihi* ظهرا وعضدا Dorſum et brachium, *etc.* *T.* 28: 8.

عَضَلَ *Fut.* O *et* I, *vic.* عصل *H.* עצל, *pp.* Torſit, *hinc vexauit*, *pec.* A matrimonio retinuit, cohibuit *ancillam ſuam*. *c c a. C.* 2: 232. *etiam* 2, Muſculoſus fuit *vir*. IV. Graue et difficile fuit *negotium*. *T.* II. 726: 5. *hinc part. foem.* معضلة *abſol.* Difficultas et moleſtia, talisue *res*. *T.* II. 904: 5. عُضَالٌ Graue et difficile *negotium*. *pec.* talis et difficilis curatu *morbus*. *Gi. H.* 6: 200. عُضْلَةٌ *Act. ſic* عضلة العقد Intricatio nodorum, intricatum quid ac nodoſum. *H.* 6: 206. *n.*

عَضَى *vic.* عضد *in Or. Stipandi, conſtipandi; vnde notio coetus, turbae: et hinc in coetus ſeu partes diſtribuit*, Separauit diuiſim, *et* in membra diſſecuit ſeu partitus fuit *ouem. cca. Gi. hinc* عِضَةٌ *Coll.* عِضُونَ *i. q.* عِزَةٌ Pars, coetus, turba. *item* Mendacium. جعلوا القران عضين Fecerunt Coranum varium et diuiſum: turpia ei affinxerunt. *Gigg. C.* 15: 91.

عَطِبَ, *coll.* عضب, *pp.* Secuit, exſcidit: *et intranſ. Exſciſſus fuit*, Periit. عَطَبٌ, *Coll.* عطوب, Calamitas, exitium. *fig.* انياب العطوب Dentes calamitatum. *T.* II. 970: 11. مَعْطَبٌ, *Coll.* معاطب, Diſcrimen, periculum. *Gi. T.* II. 336: 13.

عَطِرَ *Fut.* A, *H.. et Ar.* עטר, *vic. et H.* קטר *et* قطر *in orig. Stillandi; vnde notio* Aromatis *et* ſuffitus, *quod pingues eius guttae, cum crematur, in ignem exſtillent: et hinc* Aromata, bonos odores, ſpirauit *foemina. hinc* عطر *cum med. Kesr.* Bene olens. *Ca. fig.* خاتم عطر Sigillum ſuaue olens, *pro ore pulcherrimo. H.* 2: 102. II. Odoramentis imbuit perfuditque. *cc a p vel r. fig. nares temporum odore laudis. T.* II. 1000: 10. عِطْرٌ, *Coll.* اعطار, Aroma, odoramentum. *Gi. T.* II. 646: 5.

عَطِشَ *incertae originis*, Sitiuit. *T.* II. 234: 3. عَطَشٌ Sitis. *Gi. T.* 22: 6. عَطْشَانُ, *Coll.* عطاش, Sitiens, ſitibundus. *T.* 328: 9.

عَطَفَ *Fut.* I, *H. et Ar.* עטף, *or. in Flectendo, inflectendo: hinc* Vertit, conuertit. *pec. curſum*, flexit *iter. T.* 266: 1. *etiam* Inflexit ſe. *T.* 68: 5. *hinc* 2, Inclinauit: bene affectus, propenſus, propicius, fuit *erga aliquem. cc* على. *et* Condoluit. *H.* 1: 18. *n. inde* عاطفة, *Coll.* عواطف, Affectus et propenſio animi. *Gi. T.* 214: 6. VII. Inflexus, *et* in ſe reflexus, fuit. *T.* II. 672: 8. X. Conciliauit *alium illi*, fecit, vt propicius faueret. *cc a p et* ل *r. Gi. quod et dicitur* استعطف قلبه *et* خاطره *T.* II. 336: 7. *coll. T.* II. 272: 10. *etiam* Obſecrauit *alium* vt ſibi propipitius eſſet. *cc a p et* الى *r. T.* 302: 9. عِطْفٌ Latus rei. *pec.* a capite hominis ad coxam ثني عطفه Inflexit collum ſuum, *prae ſuperbia. C.* 22: 9. عِطْفَةٌ Flexus gyrusque currentis equi

in dextram et ſiniſtram. *Ca. etiam bouis circum foetus ſuos. fig. T.* 68: 5.

عَطَلَ *vic.* عضل *H.* עצל, *or. in Torquendo: hinc Diſtortus, impeditus, mox* Otioſus fuit. *Ca.* II. *Tranſ. et* Miſſum fecit, dereliquit: neglexit. *ccap vel r. Gi. C* 81: 4. *vnde part. paſſ.* معطل, *foem.* ة, Neglectus a ſuis *puteus*, vnde non hauritur aqua. *C.* 22: 44.

عَطَا *conuenit cum* غطا *in Orig. Plicandi; hinc Implicuit aut complicuit rem*, i. e. *eam apprehendit atque tenuit, ſeu ſpec.* Caput manusue ſuſtulit ad capiendum quid. *ſpec.* Se extulit ad carpendam arborem *ceruus, ad carpendos hoſtes miles. T.* II. 30: 11. *n.* IV. *Fecit tenere, h. e.* Largitus fuit, dedit: donauit. *ccga. H* 6: 254. *et c* ل *p. T.* 174: 14. *ſic* يد معطية Manus multum largiens. *vti habent Mſſ T.* 134: 7. *fig.* اعطى الزمام Capiendum dedit capiſtrum, *i. e. Ductilis et obſequens fuit. Gi. H.* 4: 24. *n. ſpec.* Perpendit, ſoluit *tributum. cca. C.* 9: 29. *et abſol.* Dedit eleëmoſynas. *C.* 92: 5. *etiam* Condonauit. *T.* II. 678: 7. VI. *i. q.* I. *C.* 54: 29. *et* Cum ſtudio ſe applicuit, neruos intendit *et* conatus fuit. *ccar. T.* II. 398: 12. عَطَاءٌ Donum, *et* Donatio. *Gi. H.* 6: 234. عَطِيَّةٌ, *Coll.* عطايا, Quod datur donaturue. *Gi. ſic* بحر كرمه وعطاياه Mare liberalitatis et munificentiae eius. *T.* II. 966: 3.

عَظُمَ *Aſſ.* عَظَمَ, *vic. H* עצם, *Or. in Conſtipando: hinc de re in denſiorem molem conſtipata*, Magna, *et* magni momenti, fuit vel euaſit *res. ſic* عظم Magnitudo *vrbis. T.* 382: 4. *etiam* Magnus, potens, fuit. *T.* II. 332: 14. *hinc* عظيم Magnus *mole. C.* 37: 107. *etiam qualitate. ſic* العظيم *de Deo C.* 2: 256. *etiam* Multus. *T.* 622: 18. *et* Grauis, *de poena. C.* 2: 6. *vnde abſol.* عظيمة Caſus magnus grauisque. *H* 6: 264. *ita et form. intenſ.* اعظم, *foem.* عظمى, Valde grauis. *ſic* اعظم البلايا Vehementiſſimae calamitates. *vti leg. T.* 10: 10. II. *Tranſ.* Magnum fecit. Magnificauit: celebrauit. *H.* 6: 188. *et* Magni fecit, honorauit. *C.* 22: 33. *pec.* المعظمة Honorata dicitur *aedes Meccana. T.* II. 884: 9. IV. *idem. vnde part. paſſ.* معظم Potior maiorue pars *aut* ſpecies *rei. ccg. Gi.* primarium *argumentum. T.* II. 448: 1. VI. Magnum et graue acci-

cidit, viſumue ei fuit, *negotium. ccap. T.* 420: 3. X. Magni fecit. *etiam* Grauiter tulit *rem. T.* 432: 4. وَعَظَّمَ, *Coll.* أَعْظَمُ *et* عِظَامٌ, *H.* עֶצֶם, Os, oſſis. *fig.* عظام رفات Oſſa carioſa, *i.e. ſcriptores mortui, ſucco ſimul et vigore eloquentiae carentes. H.* 6: 188. *n. ita et* عظام Oſſa, *pro cadauere T.* II. 304: 15. عَظَمَةٌ *et* عَظَمُوتٌ, Magnitudo, *T.* 120: 8. *et* Magnificentia, pompa. *T.* II. 304: 15.

عَفَّ *Fut.* I, Abſtinuit *a vetito. cc* عن. *T.* 226: 5. V. Abſtinentiam monſtrauit. *hinc* تعفف Abſtinentia. *C.* 2: 274. X. Abſtinuit, temperauit ſibi, *ab illicito. cc* عن *Gi. C.* 24: 33.

عَفَرَ *Fut.* I, *H. et Ar.* עָפָר, *pp. Triuit, raſit; vnde Nom.* عفر, *vti et apud Lat.*, Terra, puluis. *Gi. et hinc Verbum* In puluere volutauit *aliquem. aut* in terram coniecit. *cca. Gi. etiam* 2, Fodit, effodit. *cca. T.* II. 760: 9. عَفَارٌ *Coll.* Arboris ſpecies, cuius lignum facile igneſcens in fomitem igniarii cadit. *T.* II. 654: 9. عِفْرِيَةٌ *et* عفريت, *Coll.* عفارية, Res ſtupenda quaeuis, immanis et terribilis. *et Adiect.* Vafer et malus. *Ca. C.* 27: 39. *fig.* عفاريت الجنود Daemones exercituum. *T.* II. 646: 9. يَعْفُورٌ Pullus dorcadis: *aliis* vaccae ſylueſtris. *et nonnullis* Caper dorcadis. *Gi. a colore terreo. T.* 374: 4.

عَفَا *Fut.* O, *vic. H. et Ar.* עָפָא, *pp. Texit, obtexit, dein* Oblitterauit *ventus manſionis locum, ſcil.* deletis veſtigiis. *cca. T.* 412: 13. 2, *Obtexit, mox* Condonauit *delictum. cc* عن *r. C.* 5: 96. *aut car et* عن *p. C.* 3: 128. *et* Excuſauit *aliquem. ccap. T.* II. 932: 10. 3, *Obtexit terram, etc.* Multa ac longa fuit, luxuriauit, *coma, herba. etiam* Luxuriauit *homo. C.* 7: 93. IV. Eximium, liberum, immunem habuit *ab aliqua re. ccap et* عن *r. T.* II. 944: 10. VI. Semet purum, ſincerum, intactum, ſeruauit *ab aliqua re ccar. H.* 5: 172. *n.* VIII. Libertate donauit. *T.* II. 944: 10. X. Petiit vt ſe eximium liberumque haberet. *ccap et* عن *r. Gi. vel* من *r. T.* II. 932: 1. عَفْوٌ *Act. ſign.* 2. *T.* 142: 10. *et* Indulgentia. *C.* 7: 198. *item, ab obtegendo,* Pars opum reliqua vltra neceſſarias impenſas. *C.* 2: 216. عَفُوٌّ Multum condonans. *C.* 4: 46.

عَفَقَ *Fut.* O, *pp.* Fidit: *dein diffi-*

dit, abrupit vincula neceſſitudinum, i. e. 2, Immorigerus fuit et repugnauit *iis, quibus obedientiam deberet: vt parentibus aut regi. ccap. Gi. vnde* معقوق Rebellis. *T.* 486: 1. عقيق Species gemmae, *quae vulgo* carneola *dicitur. Gi. Chald.* עקיק. *T.* II 406: 2. *n. et generatim* صحون عقيق Pocula gemmea. *T.* 536: 10.

عَقَبَ *Act.* عُقْبٌ, *H. et Ar.* עקב, *Or. in Sidendo, ſubſidendo: hinc notione a* عقب Calx pedis *ducta*, Percuſſit in calce pedis. *ccap. inde* inſecutus et perſecutus fuit aliquem. *T.* 308: 8. *et* 2, *pcc.* Pone venit, ſucceſſit, ſucceſſor occupauit *patris ſui locum. cca. ſic* عاقب, *foem.* 8, *Coll.* عواقب *et forte* عواقيب, Poſt alium veniens. *T.* II. 472: 2. *vbi tamen potius e Mſ. legendum videtur* عقيبها Poſt ea: *cum* عقيب *in acc. ſaepe vt Praepoſitio vſurpetur.* II. Pone reliquit. Diſtulit, procraſtinauit. *ccga. C.* 13: 41. 2, Retro reſpexit exſpectauitque. *et.* Recalcitrauit. *C.* 27: 10. *in part. foem.* معقبات Angeli noctis et diei: *et* qui per vices dicunt سبحان الله, *et* hominum cuſtodes ſunt. *C.* 13: 12. *et in genere* Cuſtodes. *T.* 550: 75. *n.*

III. Puniuit *ob delictum. ccap et* ب *r. C.* 16: 127. *vnde Act.* عقاب, *Ikabon, poena. T.* 636: 5. 2, *i. q.* غنم, Praedam, lucrum, retulit. *C.* 60: 11. 3, Permutauit *cum alio* vices *in aliqua re*, vt modo hic, modo alter faceret: *e. g. vt modo hic modo ille vni iumento, aut nunc huic nunc alteri iumento inſideat. vnde ad permutationem vxorum translatum eſt. ſic in act.* عقاب, *vnde* محب عقاب: *non* eſt Amans aquilam, *ſed* Qui amat permutationem, *ſcil.* vxoris. *T.* II. 352: 14. IV. Effecit *cibus. etc.* vt immediate ſequeretur aut corriperet *eum morbus. etc. ccga. C.* 9: 78. *etiam* Pone venit. *T.* II. 756: 8. عُقْبٌ Finis, exitus ac ſucceſſus rei. *C.* 18: 42. عُقُبٌ, *Coll.* اعقاب, Calx pedis. *binc* على عقبه Veſtigiis alicuius inhaerens, poſt eum. *T.* 122: 7. *binc et phraſis* انقلب على عقبيه Reuerſus eſt ſuper calcaneos ſuos, retroceſſit. *C.* 2: 138. *ita et* نكص *C.* 8: 50. *et* كان *C.* 23: 68. *dein et* عقب Liberi: poſteritas. *Mar. C.* 43: 27. *etiam* اعقاب Viciſſitudines *rerum. T.* II. 786: 1. عُقَابٌ, *Coll.* عُقْبَانٌ, Aquila, *pec.* nigra, et nobilioris generis. *ſic* عقبان صغانيات Aquilae Da-

ga-

ganianenſes. *pro militibus ſtrenuis.* T. 578: 7. عُقُبَةٌ, *Coll.* عقاب, *Ikabon*, Iugum montis, *ſeu* locus eius, qui difficilius adſcenditur. *Gi. Ca.* C. 90: 11. *T.* 284: 2. *niſi ibi* امنع من العقاب *ſit arx* magis inacceſſa quam aquila. *coll. Prou. ap. Schult. ad Iob.* 1134. عقبة, *Akibaton*, Veſtigium ac forma *rei. Gi. inde* علي عقبات العقبات *vertendum* Super veſtigiis montium. *T.* II. 384: 14. عاقبة, *Coll* عواقب, Finis, ſucceſſus et exitus rei. *C.* 22: 42. *et* Penſatio rei. praemium. *C.* 7: 125. *ſic* عاقبة الدار praemium Paradiſi *C.* 6: 136: *vel* poena. *C.* 30: 9. *etiam* Natus, proles. *vide* عقب *Akibon. Gi. T.* II. 92: 5. عُقْبَي *i. q.* عاقبة. *hinc pro* Vita futura. *T.* 504: 4. *et* عقبي الدار *C.* 13: 22. عُقُوبَةٌ Punitio. poena. *T.* 634: 17.

عَقَدَ *H. et Ar.* עקר, *pp.* Nodauit, nexuit, contexuit *funem. ſic* حبل العمر معقود بموت Vinculum vitae nodatum morte. *uti leg.* T. 496: 8. *etiam* Tetendit *arcum. T.* 386: 6. *in Paſſ.* ... الي, Obſtrinxit ſe *ad aliquid*, firmiter ſibi propoſuit *rem. T.* 52: 2. *dein pec.* Iniuit, pepigit firmauitque *foedus*, *contractum*, *etc. cca. ſic ex lect. Hink. et Mſ. pro* قدمت C. 4: 37. *etiam* Obfirmauit *animum contra aliquid cca et* علي. *T.* II. 550: 4. 2, *Intranſ.* Concreuit, coaluit, ſpiſſum euaſit *defrictum*, *etc. T.* II. 474: 8. III. Pepigit, firmauit foedus *cum aliquo. ccap. hinc* معاقدة Mutuum promiſſum. *T.* II. 768: 1. IV. *Tranſ.* ﴾ I *ſign.* 2. *fig. terram puluis excitatus. T.* II. 22: 15. VI. Foedere coïuerunt inter ſe, conuenerunt. *T.* 68: 10. VII. *Paſſ.* ﴾ I *ſign.* 1. *fig. Continuae pluuiae abſumebantur ad* انعقاد قتامها conglobationem pulueris eius. *T.* 576: 16. VIII. Credidit, firmiter in animum induxit, *animoque* firmiter tenuit. *ccar et* ب *Gi. et c* ان. *T.* II. 88: 1. *hinc* اعتقاد Dogma religioſum. *T.* 86: 13. *et* معتقد Is cui plena habetur fides, quique ſummae eſt auctoritatis. *T.* 20: 1. *et* Columen, protector. *T.* 302: 2. عُقْدٌ, *Coll.* عقود, *Act.* τῆς *ſign.* 1. *ſic* موابذة الحل والعقد Antiſtites ſoluendi ligandique. *i. e. penes quos ſit ius et norma loquendi. H.* 6: 190. *dein* Vinculum, funis. *fig.* حل عقدك Diſſolutus eſt funis tuus, *i. e. infracta potentia tua. T.* 166: 11. *pec.* Foedus,

pactum. *Gi.* *C.* 5: 1. عُقْدَة, *Coll.* عُقُود, Monile colli. *ſeu* bacca eius. *Gi.* *Meid.* *fig.* *Poſui te* واسطة عقدهم mediam baccam monilis eorum. *T.* II. 790: 13. عُقْدَة, *Coll.* عُقَد, Nodus, nexus. *H* 6: 208. *pec.* Nexus coniugii. *C.* 2: 236. *etiam abſol.* Nexus magicus. *C.* 113: 4. *et* Impedimentum linguae. *C.* 20: 28. عُنْقُود Botrus uvarum *Gi.* *hinc Adag.* لم يصل الي العنقود Non potuit pertingere ad botrum. *T.* 584: 2. عقيدة Quod firmiter creditur. *et* Fides. *ex ambig. in phr.* رمي عن قوس عقيدتنا Iaculatus eſt ab arcu fidei noſtrae, et firmae intentionis. *H.* 5: 98. *n.*

عَقَرَ *Fut.* I, *H. et Ar.* עקר, *pp.* *Secuit*, *incidit*, Vulnerauit. *cca. pec. in pedibus equum vel camelum gladio. cca et* ب *inſtr.* *C.* 7: 75. *etiam* Truncauit capite et cerebello *palmam ita vt exareſceret. hinc intranſ.* 3, *in Paſſiui forma*, Sterilis fuit *mulier. ſic part.* عاقر. *C.* 19: 5. III. Aſſiduus fuit in re: affixus ei fuit. *cca. pec.* Incontinenter bibit vinum. *fig.* *Habebat* الاشر معاقرة iucunditatem pro aſſiduo compotore. *T.* II. 386: 8. VIII. *Paſſ.* *Coni.* I. *ſign.* 1. Diffiſſus fuit. *T.* II. 236: 4. عَقَار Immobilia bona, fundus, agri, villae. *H.* 3: 130. *n.* عَقُور Vulnerans *animal. et* mordax *canis.* *T.* II. 500: 8. عَقْرَب *Foem.*, *Coll.* عقارب, Scorpio. *fig.* عقارب شهرزوري Scorpiones Siahreſouri, *pro militibus ſtrenuis.* *T.* 578: 17. *etiam* Scorpio, ſignum coeleſte. *Gi.* *fig.* *Prorepſit omnis* عقرب ſcorpio *more* السرطان cancri. *T.* II. 462: 3.

عَقَصَ *Fut.* I, *pp.* Torſit *comam. cca. vnde* عقيصة, *Coll.* عقاص, *Ikáſon*, Cincinnus, torta et aggeſta in capite mulieris coma. 2, *med.* *Kesr.* *Tortus*, *i. e.* Auarus ac malae indolis fuit. *Gi.* عَقَص, *Coll.* اعقاص, Arenae inaequaliter accumulatae per quas incedi nequit. *Gi.* *T.* 414: 10. *etiam* Qui intortam habet comam. *et* qui prauae eſt indolis. *quod vtrumque Tatarorum eſt. hinc luſus: Turbines gladiorum ruebant* في عقاص كل عقص in capillos tortos omnis torti, *ſeu praui Tatari.* *T.* II. 20: 11. *n.*

عَقَفَ *Fut.* I, *Ch.* עקף *i. q.* عطف Inflexit. V. Inflexus, curuatus, incuruus fuit. *Gi. de roſtro ſecuris.* *T.* II. 160: 4.

عَقَلَ *Fut.* I, *H. et Ar.* עקל, *pp.* *Tor-*

Torſit, *intorſit*, *hinc* Conſtrinxit. *pec.* *camelum*, complicatis ſimul pede cubitoque. *c c a.* 2, *intranſ. Adſtrictus firmusque fuit*, *mox per meton.* Intelligentia polluit: aſſecutus fuit, recte percepit. *c c a.* *C.* 5: 63. *hinc* عاقل Intelligens. *T.* II. 824: 9. *et* اعقل *form. intenſ.* Admodum peritus. *T.* 36: 14. *inde* معقول *part. ſign* 1. Conſtrictus. *fig. ſenſus* المعقولة الشوارد quorum alligata ſunt fugacia: *i. e. in quibus nihil celſum ac venuſtum. H.* 6: 194. *n. etiam* Quod intellectu percipitur, intelligibile. *T.* 526: 8. 3, Pexuit *comam mulier. c c a. T.* II. 88: 6. *binc* عقيلة, *Coll.* عقايل, *Conſtrictum*, *mox* Eximium quiduis et dignius in ſuo genere. *ibid. pec.* Nobilioris familiae foemina, et domi cuſtodita. *T.* 144: 6. VIII. Cruribus ſuppoſuit, inter ea et iumentum tenuit, *haſtam ſuam eques. c c a. T.* II. 24: 2.

عَقْلٌ, *Coll.* عقول, *Act. ſign.* 2. *et* Intellectus. *ſic* قلة العقل Exigua ſapientia *videtur opponi* كثرة الحماقة لم magnae ſtultitiae. *T.* 18: 10. *fig.* سراج العقل Candela iudicii. *T.* 232: 10. *fig* *Princeps vini dominabatur* في اسير العقل in captiuo rationis. *T.* 360: 2. *etiam* Cor. *Gi.* *ſic leg. T.* 36: 7. مُعْقِل, *Coll.* معاقل, Refugium. *T.* 46: 18. *et in genere* Arx. *T.* II. 284: 11.

عَقُمَ *Fut.* O, *Aram.* עקם, *pp. Torſit*, *diſtorſit*; *vnde nata notio areſcendi*, *et hinc porro orta eſt ſignificatio Sterilitatis*: Effoetus fuit euaſitque *vterus*, et ineptus ad conceptus. *Gi.* *vnde part.* عقيم Prolis expers, ſterilis, effoeti vteri, *foemina. Gi. C.* 51: 29 *fig. Raro obuia res eſt*, *foetus deſiderii* من عقيم زمان ex ſterili tempore. *T.* II. 356: 2. *item* Conſorte carens. *Mar. ſic* الملك عقيم Regnum conſortem non fert. *T.* 528: 17. *etiam vt Adiect.* Vehemens *bellum*, *ventus. C.* 51: 41. *et* Infelix *dies. pec.* extremus iudicii. *Gi. C.* 22: 54.

عِقْيَانٌ Aurum. *Mar. et quidem* purum, quod plantae inſtar prodit, non ex lapidibus eruitur. *Gi. T.* II. 878: 4.

عَكِرَ *Fut.* I, *H. et Ar.* עכר, *pp.* Turbidus, faeculentus fuit *liquor*, *etc. dein tranſlate ad animum valde commotum*; *vnde* in VIII. Permixti inuicem fuerunt et confuſi: *vti in pugna. Gi. T.* 296: 8. *etiam* Permixtus fuit *aliqua re. c c* ب. *fig. dies cum noctc*, *prae puluere ab aquis excitato*.

tato. T. 480: 4. عَكَرٌ *Act. hinc phraſis* رجع الي عاد *vel* عكره Rediit ad faeces ſuas, *ſ.* ad antiquum. *Gi. T.* 76: 9. *n.* مُعْتَكَرٌ Locus pugnae. *dein ip-ſum* Praelium. *T.* II. 252: 15.

عَكَسَ *Fut.* I, *Act.* عَكْسٌ *H.* עכס, *pp. Flexit, inflexit: mox* Inuertit, *ſ.* Peruertit, praepoſtere diſpoſuit. *c c a. hinc* راي معكوس Conſilium peruerſum. *T.* 206: 9. *etiam* Subuertit *fortunas alicuius. T.* II. 826: 3. *vnde Act.* عكس Contrarium. *T.* II. 720: 9. *binc in* III. Aduerſatus fuit, oppoſuit ſe *alteri. ccap. vnde* معاكسة *Act.* Contradictio. *T.* II. 612: 12. VII. *Paſſ.* τῆς *Coni.* I. Peruerſus, perturbatus fuit. *T.* 94: 15. *etiam notione* inuertendi, *quando quid capite ſiſtitur. fig. T.* II. 728: 6. *et* reflectendi, *pec. de ſpeculo lumen reflectente. T.* II. 382: 16.

عَكَفَ *Fut.* I, *Or. videtur in Flectendo: binc Flexit ſe,* Subſtitit, commoratus fuit *et* Se dedidit *rei,* atque aſſidue operam dedit. *c c* علي *r. pec. abſolute* Coluit idola. *C.* 7: 134. *ſpec.* عاكف, Qui ſe continet in templo, rebus diuinis tantum intentus: *quidam exeunt ſubinde; quidam nunquam, vt iis etiam cibus et potus afferatur; alii, tempore Ramadani, ſe ita includunt: ſic* τῷ البادي العاكف *oppon. C.* 22: 25. *Gol. in not. ad Gigg. etiam* عكف *Deflexit,* Retinuit *ab aliqua re. ccap et* عن *r. vel c* ان *verbi C.* 48: 25. *item* Obiuit *cadauer auis. cc* حول. *fig. de militibus, vulturum ad inſtar circa hoſtes gyrantibus T.* 312: 12. VIII. Se continuit religionis ergo, et aſſiduus fuit, *in templo c c* في. *Gi. translate T.* II. 650: 10.

عَكَمَ *Fut.* I, *pp. Ligauit, conſtrinxit, pec.* Impoſuit camelo, firmauit in eo, vinculis adſtrictis, *ſarcinas, impedimenta. cca. fig. T.* II. 490: 3.

عَلَّ *Fut.* O *et* I, *H. et Aram.* עלל, *pp. vt vic.* غل *Penetrauit, ſpec. in aquam, fere vt* ورد; *binc Hauſit iteratis vicibus: pec.* Bibendum dedit ſecunda vice, poſt priorem hauſtum. *c c a p. opp.* τῷ نهل. *fig.* Muneribus recreauit *aliquem. H.* 4: 32. *et* 2, Hoc modo ipſe bibit. *translate, Hauſit ſ. mulſit ſanguinem alicuius, humores vitales, etc. binc* عليل *part.* Aegrotus, morbis confectus. *et in genere* Debilis. *Gi. ſic de vento. T.* II. 428: 9. *etiam vt part. act. Debilitans: mox vſu ſubſt. ipſe* Morbus. *T.* II. 148:

148: 13. *et* مـعـلـول *Debilis redditus*, morbo affectus. *Gi. aut* detrimento. *T.* II. 184: 3. *etiam de vino Debilitato, ſeu aqua, etc. mixto. T.* II. 934: 11. II. Demulſit, lactauit ac leniter quietauit, *re aliqua* quae alterius eſſet loco. *ccap. et* ب *r. aut* في. *T.* II. 932: 10. *n. hinc* تـعـلـيـل Praetextus. *T.* II. 356: 5. IV. Debilitauit, morbo affecit *aliquem. ccap. H. l. c.* V. Praetextum adhibuit, cauſam allegauit. *cca. et* ل *p. T.* II. 932: 10. *niſi forte ibid. leg. ſit in* VIII. ويـعـتـل لـي بـعـلـل. *dein* ſe ipſum lactauit *ſpe etc. cc* ب *r. H.* 2: 46. VIII. Debilis et aegrotus fuit. *ſic de terra vbi leniter ſpirant venti. H.* 4: 12. *dein* prauus fuit. *pec.* مـعـتـل Debili litera, و *vel* ي, conſtans *dictio. ex ambig. T.* 598: 16. عَلَّ *et* لَعَلَّ Forſan, *in ſpe aut metu. H.* 2: 46. *n. vnde* لَعَلَّكَ, لـعـلـكـم *etc.* Forte tu; forte vos. *C.* 11: 15. عِلَّةٌ, *Coll.* عـلـل, *a vi penetrante*, Morbus. *H.* 2: 54. *etiam in genere* Noxa. *cum alluſ. ad terminum Proſodiae, de qua in* VIII. *T.* II. 38: 9. *et* Accidens, cauſa, *pec.* leuior, aliquem abducens a propoſito. *Gi. ſic leg. T.* 84: 11. *et* Praetextus. *T.* II. 932: 10. لـعـلـة Propter. *T.* 246: 13.

عُلَالَةٌ Reliquiae cuiusque rei, *pec.* lactis, *in vbere poſt primam emulſionem denuo confluentes: hinc pro* Perenni vigore. *ſic aquae T.* 242: 4. *n.*

عَلَجَ *Or. videtur in Compingendo, vt quid ſpiſſum validumque euadat; hinc firmauit ſemet, ſicque* Vicit, ſuperauit. *cca.* III. Tractauit *rem, negotia. etiam* concinnando, medicando. *cca. vnde Act.* علاج, *Ilágion, Gi. ſic* عالج علاج النطس المريض Tractauit *hanc rem* veluti peritus medicus aegrotum. *T.* II. 102: 13. *hinc et Act.* مـعـالـجـة Medela. *H.* 1: 20. *dein* Certauit *cum alio* vter vinceret. *cca. Gi. T.* II. 896: 14. عِلْجٌ, *Coll.* عـلـوج, Qui a Barbaris tranſit ad Arabes: proſelytus. *etiam* religionis ergo. *T.* II. 216: 12. *ſic et in Collect. leg. T.* II. 350: 1.

عَلَفَ Pro pabulo *palcam, etiam* pro potu *aquam*, praebuit *iumento*, iisque nutriuit *illud* pauitque. *ccga. Gi.* عَلُوفَةٌ Quod pro pabulo praebetur iumento. *Ca. et Metaphor.* Stipendium: *pec.* militis. *T.* 638: 5. مِعْلَفٌ Saccus pabulatorius, qui cum pa-

bulo appenditur iumentis de collo. *Tim.*

عَلِقَ *Fut.* O, *H. et Ch* עלק *cogn.* علق, *pp. Appenſus et affixus fuit pendulus*, Dependit: adhaeſit. *c c* ب. *ſic* عالق *T.* II. 270: 1. *hinc* عليق *Quod ſuſpenditur, pec. ſaccus pabulatorius: et dein* Hordeum quod equo praebetur. *T.* II. 596: 1. II. Adfixit. *ccar. et* على. *ſic caput muro T.* 196: 17. *dein* Suſpendit *ccar. et* ب. *T.* II. 96: 9. *pec. Suſpendit collo equi ſaccum pabulatorium: dein abſol.* Pabulum praebuit. *c* على *T.* 156: 12. *etiam Paſſiui forma* Suſpenſus fuit. *hinc* معلقة Mulier cuius deſideratur coniunx, quae nec habet maritum nec eo caret. *Meid. q. quae ſuſpenſi eſt animi. C.* 4: 128. IV. Appendit affixitque *funem funi. c c a et c* ب. *et amorem alicui H.* 4: 38. V. Suſpenſus fuit, pependit *ex eo c c* ب *vel ca. hinc* باهدابه Pependit a fimbriis eius. *fig. H.* 2: 58. *n. quod proprio ſenſu occurrit. T.* 322: 7. *dein* Recepit ſe *ad nauem. c c* في. *T.* II. 264: 2. *etiam* Dependit *ab aliquo. cc* ب. *T.* 428: 2. *inde* متعلق Qui ad aliquem pertinet, ſocius. *T.* 366: 4. *et* تعلقات Facultates, bona. *T.* II. 76: 6. علق *Coll.* اعلاق, *Quod annexum eſt: hinc* Impedimentum. *T.* 524: 15. *etiam* Res praeſtantior et pretioſior. *T.* II. 310: 2. عَلَقٌ Craſſior et concretus ſanguis. *C.* 96: 2. *et Nomen capitis Coran. eiusdem. cum* ة, علقة Pars craſſi concretique ſanguinis. *C.* 22: 5. عُلَّيْقٌ, *Coll.* علاليق, Rubus. *fig.* علاليق انساب اكابر rubi ſtirpium magnatum. *T.* 230: 1. عِلَاقَةٌ, *Coll.* علايق, Lorum, aut ſimile, quo quid ſuſpenditur vel ſuſpenſum tenetur, *vt ſcuticae, arcus, etc. Gi. fig.* قطع علايقه Amputare lora ſua, *i. e. ſuperflua quaeuis et incommoda reiicere. T.* II. 930: 16. *dein* Fixus animo amor. *Ca. T.* II. 952: 2. اعلق *form. intenſ.* Impenſiſſime affixum *cordi. c c* ب *H.* 1: 24. *n.*

عَلَمَ *Fut.* O *et* I, *H. et Ar.* עלם, *pp.* Signauit. *cca. Ca.* 2, *med. Kesr. Fut.* A, Sciuit. *cca. ſic* اعلم *form. intenſ.* Valde gnarus. *C.* 2: 31. *etiam cc* ان *verbi T.* 454: 2. *et c c* ب *r. ſic in part.* عالم بتاويل الاحلام Peritus in interpretandis ſomniis. *C.* 12: 44. *et* عليم *C.* 2: 27. *hinc* عالم

عالم Sapiens: *ſpec.* theoreticus, *opp.* τῷ عامل *practico. ita Coll.* علماء *T.* II. 230: 5. *dein et verbum* علم Edictus fuit *aliquid ab aliquo c c* من *p. C.* 12: 97. *et pec. ſtilo Corani, ut Hebr.* ידע, Experientia ſciuit, *i.e. malum paſſus fuit. C.* 26: 48. *item* Dignouit *aliquem ab altero c c* من. *C.* 2: 218. II. *Tranſ.* Scientem effecit: docuit. *ccga. C.* 2: 29. IV. *Tranſ.* τῆς I *ſign.* 1. Certa nota *pannum* ſignauit *lotor, fullo; et* inſtita *textor. cca. ſic* السواد المعلم Nigror *veſtium* externo indicio monſtratum. *T.* II. 304: 14. *et* In pugna *equum ſuum* ſigno inſigniuit *eques: vexillum dux. c c a. hinc* اعلام معلمة Vexilla inſignibus diſtincta. *T.* 608: 2. V. Doctus fuit, didicit *rem ab aliquo ccar. et* من *p. T.* II. 406: 6. عِلْمٌ, *Coll.* علوم, *Act. ſign.* 2. *et* Scientia. *Gi. ſic in Adag.* العلم يرفع بيتا Doctrina domum eleuat *columnis licet deſtitutam. T.* II. 756: 5. *pec.* Theoria, *opp.* τῷ عمل *praxi. T.* II. 368: 3. *etiam* Signum, e quo quid cognoſcitur. *C.* 43: 61. عَلَمٌ, *Coll.* اعلام, Signum. *pec.* collimitaneum: *et* tenendae viae. *dein generatim* Indicium. *T.* 8: 15. *et* Vexillum. *ſic* رفع

النهار اعلامه Suſtulit dies vexilla ſua. *T.* 180: 9. *in Coll. etiam notat* Montes, *quod viam ſignant in deſerto. ſic cum alluſione ad ignes hoſpitalitatis* نار اعلام Ignes montium. *T.* II. 370: 5. *fig.* اعلام العلوم Altiſſimi ſcientiarum vertices. *H.* 2: 52. *et translate pro* Principibus viris. *T.* II. 396: 7. عَالَمٌ, *Coll.* عوالم, *H.* עולם, Seculum. *hinc per Meton.* Mundus. *fig* الى عالم الشهادة غيبه *Eduxit* in mundum praeſentiae, quod abſens erat. *T.* II. 318: 10. *dein* Res mundo contentae: creaturae. *C.* 21: 71. *pecul.* homines. *T.* 8: 4. *hinc* رب العالمين Deus Zebaoth, *i e.* exercituum. *Gi. C.* 1: 1. *etc.* عَلَّامٌ, *et* علامة, Vir admodum doctus et ſapiens. *Gi. C.* 5: 108. علامة الورى Doctiſſimus mortalium. *T.* 32: 10. عَلَامَةٌ, *Coll.* علام, *Ilámon*, Signum. *ſic naeuus faciei. T.* 192: 9. *pec.* Signum erectum viae. *C.* 16: 16. مَعْلَمٌ, *Coll.* معالم, Veſtigium ex quo quid agnoſcitur. *T.* II. 314: 17. *pec.* ſignum viae; quo quis dirigitur in via. *Gi. inde per Metaph.* Lex, praeceptum: *aut* praeſcriptum quodcumque *quo quis dirigitur ne a recta agendi via aberret.*

ret. ſic معالم الدين Dogmata religionis. *T.* 378: 8. *hinc Renouauit* معالم المرتبين leges praeſcriptas iis qui illi negotio erant praefecti. *vti accipiendus locus T.* II. 760: 5. معلوم, *foem.* ة, Cognitus, certus. *C.* 37: 164. الايام المعلومات Decem dies menſis Dulhazziae. *Gi. C.* 22: 29.

عَلَنَ *Act.* عَلَانِيَةٌ, *Fut.* O *et* I, *cuius origo penitus latet:* Palam euaſit, vulgata *et* publica fuit *res. hinc* علانية *Aduerb. ſeu in Accuſ.* Palam, aperte, publice. *Gi. opp.* سرًا *C.* 14: 36. IV. *Tranſ.* Manifeſtauit, vulgauit. *ccar. et* الي *p. vel c* ب *r. ſic* اين السر من الاعلان Praeſtat arcanum prae diuulgatione. *T.* II. 946: 16.

عَلَا, *Act.* عُلُوٌّ, *et* عَلَاءٌ, *Fut.* O, *H. et Ar.* עלה, *pp. Eminuit: hinc* Altus, ſublimis, excelſus, elatus fuit. *T.* 410: 4. *ſupra aliquem. cc* علي *C.* 29: 93. علا في الارض *i. e.* تكبر Superbiuit. *C.* 28: 3. *ſic Act.* علو *C.* 17: 4. *item* Adſcendit. *cca. vel* ب *Ca. vel c* علي *T.* II. 96: 7. 2, Superauit, vicit. *cca. T.* 96: 9. 3, *Fut.* A, Excelſus fuit. *etiam* eminuit nobilitate, dignitate. *binc Act.* علاء Celſitudo, nobilitas. *Gi. T.* II. 972: 6. II. Eleuauit, ſuſtulit. *T.* II. 448: 4. IV. *idem*, Extulit, eleuauit *aedificium. H.* 1: 22. *et dignitatem alicuius. T.* II. 400: 7. VI. Altus eminuit. *C.* 13: 10. *ſupra rem. c c* عن. *C.* 6: 100. *etiam* Se extulit: *binc* Venit, acceſſit. *Mar. T.* II. 362: 5. *inde* تعال *Imperat. vſurpatur vt particula incitandi* Euehitor. Adſcende. Adesdum. *Gi. C.* 3: 54. X. Supra *rem*, *et* ſuperior *altero* fuit. *cca. Gi. C.* 20: 67.

عَلَي *H. et Ar.* עַל *et Ch.* עִלָּא, Super, ſupra; *et tunc ſaepe ad ſignandum veſtitum adbibetur. H.* 4: 46. *n. aut poenam incumbentem notat. C.* 11: 37. *ſic et* لا علي mea culpa non ſit. *T.* 154: 2. *vel et officium. ſic* علينا Nobis impoſitum eſt. *C.* 36: 16. *Fuit* عليه *i. e.* Decuit eum. *T.* 46: 1. *dein* Ad. *ſic Iuit* علي قومه ad populum ſuum. *C.* 19: 12. Iuxta, ſecundum. علي عادته Iuxta conſuetudinem eius. *T.* 102: 11. علي ساحل Ad ripam *ſitus eſt locus. T.* 82: 6. In. علي عهده Tempore illius *hoc accidit. T.* 80: 8. *ſic et* علي حين *C.* 28: 14. Per. *C.* 5: 82. *ita et Inuenit viam* علي النار ope ignis. *C.* 20: 10. Prae. *Praetulit filias* علي البنين prae

prae filiis. *C.* 37: 153. Contra. *C.* 63: 4. Erga. *C.* 40: 63. Ex. علي حبه Ex, *ſiue* prae amore eius. *C.* 76: 8. De. *C.* 4: 169. Pro. *h. e. in vtilitatem alicuius* *C.* 63: 7. *aut tanquam rei merces. C.* 38: 86. Penes, in poteſtate alicuius. *C.* 11: 31. Coram. *ſic* علي عينه In eius conſpectu, ipſo praeſente. *C.* 20: 40. علي روس الاشهاد Coram ipſis qui praeſto ſunt, publice. *T.* 588: 15. *n. et* Quamuis, non obſtante. *T.* II. 148: 13. علي ان Ea lege vt. *T.* 106: 11. Etſi. *T.* II. 104: 13. *ſic et* علي Conditionem *notat T.* 92: 3. علي ما Cur, quare? *quod et contracte ſcribitur* علام *T.* 366: 1. *n. hinc et phraſes Eſſe* علي شيء *i. e.* Firmo niti fundamento. *C.* 2: 107. عليك زيدا Cape Zeidum: adduc eum. *etiam c c* ب *p.* علي به Adduc mihi eum. *T.* 114: 2. لم يبقي علي احد Ad vnum vsque perierunt omnes. *T.* 210: 5. عَلِيّ Nobilis, eminentior vir. *ſic de Deo. C.* 4: 38. *etiam* Excelſus. *de loco. C.* 19: 58. *ſic et* عتبة العلي Superius limen. *T.* 612: 5. عَالٍ *foem.* ة, Altus, excelſus, *i. e. praeſtans. T.* II. 286: 10. *etiam* Altus, *de voce. T.* 640: 9. *et opp.* τῷ سافل, *ſic* جعل عاليها سافلها Summa imis miſcuit. *C.* 11: 84. أَعْلَي, *in foem.* عليا, *Coll.* اعالي, *form. intenſ.* Valde excelſus. *de loco C.* 53: 7. *de palma. T.* 8: 10. *et* Superior. *i. e. victor C.* 20: 71. *et* Supremus. *hinc eſt epith. Dei: ſic in inſcript. Capit. Coran.* 87. عِلِّيُّونَ *Coll.* Locus in coelo ſeptimo, *in quo libri rerum ab hominibus geſtarum ſeruantur: aut ipſi illi* Libri. *C.* 83: 18, 19. *conf. Maracc.*

عَمَّ *Fut.* O, *Act.* عُمُومٌ, *H. et Ar.* עמם, *pp. Voluit, inuoluit totum ſuo ambitu, i. e.* Communis fuit *res. H.* 6: 246. *n. et* Commune fecit *quid*, communiterue praeſtitit *multis. c c a p. et* ب *r. T.* 448: 12. *inde* عميم Plena perfectaque et completa *res. H.* 6: 260. *n. et part.* عام Integer, completus. *T.* 154: 3. *etiam* Communis, promiſcuus. *T.* II. 128: 6. *et foem.* عامة, *vſu ſubſt. Coll.* عوام *opp.* τῷ خاصة Vulgus hominum, plebs. *Gi. T.* 96: 8. *ſic et* الخاص والعام Nobiles et vulgus, *pro omnibus. T.* 236: 13. عَمٌّ, *Coll.* اعمام Patruus. *et in foem.* عمة, *Plur.*

Plur. عمات, Amita. *Meid. C.* 24: 60. عِمَامَةٌ, *Coll.* عمايم, Cidaris, faſcia, fere ex ſindone, qua caput obuoluendo redimiunt teguntque gentes Orientis. *ſic, vti e Mſ. legendum,* وضع العمامة Deponere cidarim *per metonym. eſt depoſita cidari galeam capiti imponere, atque ita parare ſe ad bellicam expeditionem. T.* 156: 8. *et Sumere* العمايم cidares: *pro attingere pubertatem. H.* 2: 42. *vbi conf. Schol.*

عَمَدَ *Fut.* I, *H. et Ar.* עמד, *pp. Premere, premendo niti, inniti: et tranſ.* Re altiore, columna, palo, ſuſtinuit, fulſit, ſtabiliuit. *cca. hinc* عميدة, *Coll.* عوامد, Columna. *T.* II. 416: 9. 2, *notione ad fiduciam tranſlata,* Intendit, propoſuit ſibi; ſerio et data opera fecit *quid. cc* ل 3, *dein* Accepit *aliquid* vtendi ergo. *cc* الي. *T.* 178: 4. V. *i. q.* I *ſign.* 2. *ſic cum* قصد *ſaepius iungitur. T.* II. 672: 1. VIII. *Idem. et* Commiſit ſe, confiſus fretusque fuit. *cc* علي *p. et* في *r. Gi. T.* 244: 1. *ſic part. paſſ.* معتمد Fide dignus: quo ſtari poteſt. *T.* 260: 4. عَمَدٌ *Comm. gen. Sing. et Pl.* Altiores ſtructurae. *et* columna. *ſic* ارم ذات العماد *C.* 89: 6. *vid. Sale in not. ſig.* رفيع العماد *eſt* Procerus. *T.* II. 780: 3. عُمُودٌ, *Coll.* عُمُدٌ, Fulcimentum: columna. *C.* 104: 9. عمود الصبح *i.e.* Extenſus aurorae fulgor. *Gi. H.* 5: 162. *n.*

عَمَرَ *Fut.* O, *Act.* عِمَارَةٌ, *H. et Ar.* עמר *or. in Voluendo, conuoluendo: hinc notione a nomine* عمر *ducta,* Coluit, incoluit: extruxit, inſtaurauit. cultam et habitatam reddidit *regionem. cca. T.* 8: 12. 2, *pec.* Viſitauit aedem ſacram Meccanam. *hinc Act.* عمارة Cultura. Inſtauratio. *T.* 264: 3. *et* Viſitatio Caabae. *C.* 9: 19. *et* معمور Cultus, habitatus. *Gi. et ſpec.* البيت المعمور Domus quaedam in coelis, quam fabulantur eſſe e regione Caabae. *C.* 52: 4. *conf. Maracc.* 3, *med. Keſr. Fut.* A, Diu vixit, longaeuus fuit. *Gi. T.* 188: 1. *hinc* II. *tranſ.* Diu ſuperſtitem ſeruauit *aliquem. C.* 35: 12. *vbi et* معمر Grandaeuus. *dein et tranſ. ſign.* 1. *hinc* بيوت التعمير Domus habitationis. *T.* 26: 8. VIII. Viſitauit, frequentauit, *hoſpitium, viam. cca. T.* II. 994: 3. *pec.* Commoratus viſitando fuit *in ſacris Meccani feſti. cc* في. *vide* عمرة.

عمرة. *C.* 2: 153. عُمْر *Act.* *Volutio vel gyrus; dein, Coll.* اعمار, Aetas, vitae tempus. *T.* 494: 6. *vnde formula iuriſiuran-di* لعمرك per vitam tuam. *C.* 15: 72. عُمَر *Nom. propr. vi-ri*, Omar. *Duale* عمران *Oma-rani*, Omar et Abubeker. *Meid.* *T.* 506: 8. عُمْر Aetas; *pec.* longa. *Gi. C.* 22: 5. عامر *et* عمير, *Coll.* عمران, *Omrá-non, partic. Act.* Habitator. *T.* II. 168: 6. *ſpec.* ruſticus. *T.* 238: 5. *etiam partic. paſſ.* Cultus et habitatus *locus. fig.* اربّاض المودة عامرة Cubilia carita-tis frequentata. *T.* 128: 10. *binc foem.* ة, *et Coll.* عمائر *Vſu ſubſt.* Aedificia publica, *ſiue* fa-bricae. *T.* II. 136: 13. ام عامر Hyaena. *binc Adag.* مجير ام عامر Protector hyaenae, *de eo qui ingratum beneficiis cumu-lat. T.* II. 210: 14. *n.* عُمْرة Vi-ſitatio ſacra in feſto Meccano. *C.* 2: 191. مِعْمَار Inſtrumentum, quoquid exſtruitur. *dein* Archi-tectus. *fig. T.* II. 202: 5. *quo ſenſu et* معماري, *et in Coll.* ة. *T.* II. 448: 2.

عَمِشَ *et vic.* غمش *originem habent in Mergendo; vnde notio* *Obſcuritatis, quae eſt in* عبس: *hinc* Infirmitate viſus, et fere cum lacrymarum fluxu, labora-nit. *Gi. ſic* بطرف معمش Viſu lippus. *T.* II. 722: 3.

عَمُقَ *H. et Ar.* עמק Profundus fuit. *hinc* عُمْق Profunditas. *Gi. T.* II. 314: 1. *et, Coll.* اعماق, Procul patens deſer-tum. *Ca. T.* II. 594: 4. عميق Profundus *puteus. T.* II. 758: 12. *et* Longinquus, longe pa-tens. *Gi. C.* 22: 28.

عَمِلَ *H. et Ar.* עמל, *pp. vide-tur Tundere, vt ferrum malleo, etc. hinc ad labores grauiores et operoſos translatum*, Operatus fuit fecitque. *cc a. Gi. ſic* عامل Practicus, *opp.* عالم بِهِ *theo-retico. T.* 102: 1. *ita et* عمل مصلحته Fecit rem ſuam. *T.* II. 216: 11. *inde* عامل Prae-fectus. *T.* 78: 1. *dein* Impendit omnes vires *rei. cc* في *T.* 320: 10. *ſpec.* Quaeſiuit victum. *C.* 18: 78. *pec.* عمل الصالحات Fecit bona opera. *C.* 2: 23. *etc. etiam abſolute* عمل *hoc ſenſu. C.* 58: 7. *et ſenſu praegnante* Graui labore confectus fuit et e-maciatus. *ita* عامل *Vſu ducto a iumentis labore aut curſu con-fectis. C.* 88: 3. III. Tractauit de opere, *et* commercium ha-buit,

buit, *cum aliquo. cca p. vnde Act.* معاملة Commercium. *T.* 102: 3. *hinc et Coll.* معاملات Ditiones. *T.* II. 856: 12. *dein ſpec.* Exercuit aliquem tractatione difficili et aerumnoſa. *T.* 34: 5. IV. *Tranſ.* & *Coni.* I. *cca p. Gi. H.* 6: 206. *vbi tamen geminus cod. Scheid.* يعمد *habet. dein* 2, Operi adhibuit *conſilium ſuum. cca. ſpec.* Dolo vſus fuit *in aliqua re. cca et* في. *T.* 470: 4. VI. Negotiatus eſt, artificium aliquod exercuit. *T.* 354: 10. X. Vſurpauit, vſus fuit: adhibuit. *cca. Gi. T.* 44: 6. عَمْلٌ, *Coll.* اعمال, *Ditio. T.* 14: 8. عَمَلٌ, *in Coll. etiam* اعمال, Opus, actio. *Gi. tam bona T.* 6: 4. *quam* vexatio, tyrannis. *C.* 66: 11. *etiam* Opus ſeruile. *T.* II. 400: 4. *et* Praxis. *opp.* τῷ علم *theoriae. T.* 202: 6. *hinc* ذو عمل Opifex. *T.* 76: 14. *et Aduerb.* عملا Reuera. *T.* 92: 11. عَمَلَةٌ Opifices, operarii. *Gi. T.* II. 482: 3. عَمَالِقَةٌ Amalekitae: *a* عمليق, *Imlíko*, Amalek. *hinc Adag. Fuit procerus* كانه من بقايا العمالقة Acſi eſſet e reliquiis Amalekitarum. *etc. T.* II. 780: 4. *n.*

عَمِهَ *pp., vt videtur*, Vagatus huc illuc fuit, *vt* errabundus. *C.* 15: 72. *ſic de ſcopo. T.* 488: 16. *etiam* Attonitus fuit. *Gi. C.* 27: 4. عَمِيَ *Act.* عَمْيٌ *et* عَمًى, *Aram.* עמה, *vic.* τῷ عم, עמם, *in or. Voluendi, inuoluendi, quae dein ad obtectionem, coecitatem etc. transfertur: vnde med. Kesr.* Coecus fuit. *C.* 5: 75. *etiam de corde. C.* 22: 45. *hinc Act.* عمى Coecitas *opp.* τῷ هدى *Directioni. C.* 41: 44. 2, Obſcurum *alicui* opertumque fuit *negotium. cc* على *p. Gi. C.* 28: 66. II. Occoecauit. *cca. vnde in Paſſ.* عميت عليه Imminuit illi mors. *ſ. in genere* In tenebris verſatus fuit. *C.* 11: 30. *dein* 2, Occultauit inuoluitque, vt aenigmate, *ſententiam, verſus* etc. *cca. T.* II. 812: 10. IV. Coecum reddidit, occoecauit. *T.* 436: 2. VI. Coecitatem prae ſe tulit. *H.* 1: 22. *ſic fig.* جفون الزمان المتعامي Palpebrae fortunae coecae. *T.* 410: 9. عَمِيٌّ, *Coll.* عمون, Coecus: *ſpec.* Inſipiens, coecutiens mente. *Gi. C.* 27: 68. *ita et form. intenſ.* اعمى, *Coll.* عمي *et* عميان *Omion et Omianon*, Coecus. *ſic e Mſ. leg. T.* 592: 17. *et* Inſipiens, ſtolidus. *C.* 27: 83.

عَمَّن

عَنْ *Particula remouendi, in eo a* من *differens quod ſeparationem rei ab altera denotet.* A, ab, ex. *ſic* Deſcendit عن جواد ab equo. *T.* 158: 14. *etiam praeteritionem, omiſſionem vel neglectum notat. ſic* مات عن ولد Obiit relicto filio. *T.* 526: 16. *dein* Poſt. *ſic forte* عن بينة poſt claram probationem, *ſcil. cauſae Muhammedis. C.* 8: 44. Propter. عن قولك ob dictum tuum. *C.* 11: 56. Pro: *h. e. in vtilitatem alicuius. C.* 4: 109. *aut loco alterius. ſic* نفس عن نفس Anima pro anima: vnus pro altero. *C.* 2: 45. Prae. *C.* 38: 31. *et* De, *ſiue* quod attinet ad. اخبر عن السر nuncium attulit de arcano. *T.* 8: 5. عما *Amma, pro* عن ما Ab eo, ex eo, prae eo, quod. *Gi.* عما قليل Intra breue tempus. *C.* 23: 42.

عَنَّ *Fut.* O *et* I, *H. et Ar.* ענן, *Proprietas in Lato et Expanſo; hinc Latitudine ſua ſe obtulit, i. e.* Accidit, obuenit. Ob oculos apparuit obtulitque ſe, *res. c c* ل *p. ſic* عن له Viſum illi fuit, putauit. *T.* 592: 2. عِنَانٌ Habena, lorum fraeno annexum. *q. d. partem freni latiorem. fig. Fortuna fauente ducito Geminos,* فهي عنان et erit tibi pro capiſtro. *T.* 56: 8. *dein translate Laxare* عنان الكلام fraena ſermonis. *T.* 128: 8. *et* عنان الحسام habenas gladii ſecantis. *T.* 212: 1. et *Complicare* عنان عزمه habenas conſilii ſui. *T.* 174: 10. *hinc et* Flectere habenas *ad locum, i. e. eo tendere. T.* II. 382: 1. *item* عنان Res coram apparens. *pec.* Pars coeli conſpicua. *Meid. ſic* عنان الجو *T.* 14: 11.

عَنَبَ *deperditum, H. et Ar.* ענב, *pp. ap. Chald. eſt Nexuit, connexuit; vnde* H. Vuas tulit *vitis. Ca. notione ducta a* عِنَبٌ, *Coll.* اعناب, Vuae. *forte ita dictae quod in botro arcto nexu cohaereant. C.* 18: 31. *praeſertim rubrae ſ. purpureae: hinc fig. pro extremitatibus rubicundis digitorum, fuco tinctis. H.* 2: 100. *v. n. inde et Prou. Qui ſerit ſpinas,* لا يحصد به عنبا non inde metet uvas. *T.* II. 754: 13. *cui ſimile eſt* لا تجني من الشوك العنب *in Select. e Meidanio Prouerb. ed. Scheidii n.* 87. *coll. Schol.* عَنْبَرٌ *Foem.* Ambarum, notum odoramenti genus. *Gi. fig. Incendere* عنبر احتيال ambarum fraudis ſuae. *T.* II. 628: 3.

عَنَتَ *Act.* عَنَتٌ, *i. q.* اعرض Declinauit *a re cc* عن. *Ca.* 2, *med. Keſr.* Crimen commiſit. *hinc* عنت Flagitium. *C.*4: 30. *et hinc* 3, Incidit in malum, damnum, moleſtiam, ac difficile quid, vnde liberari non poſſet. Periit. *C.*3: 114. IV. *tranſ.* In difficultates et moleſtias coniecit *aliquem. cca. C.* 2: 318. V. *i. q.* طالب الزلة. *Gi.* Hallucinationi aliquem expoſuit, eique moleſtiam creauit. *T.*II. 626: 6. *n.*

لَبَانٌ Pectus. *pec.* medium eius; *aut* pars inter mammas ſita. *Gol. clarius explicat Gi.* لبان *per partem pectoris inferiorem,* زور *vero per ſuperiorem.* Pectus *autem ponitur pro eo quod quis in animo gerit. T.* 452: 4.

لَبَّى *Or. in Compingendo; hinc* Multum expetivit *vel* uſurpavit *cibi. cc* من *Ca.* II. Dixit لبيك *Lebbeika*, *ſ.* recitavit formulam obedientiae erga Deum: *de qua ſupra in* لب. *hinc* Obſequens dedidit ſe peragendis *Meccani feſti* ſacris. *cc* ب *et in genere* omnibus *alicuius* mandatis. *cca aut cc* ب. *ſic* ملبي بلسان طاعة Lebbeika dicens lingua obedientiae, *i. e. obſequium ſuum pro-feſſus. T.* 122: 5. *et generalius adhuc* لبي دعوته Morem geſſit invitationi alicuius. *T.* 120: 1. *quod plene dicitur* لبي دعوته بالاطاعة *T.* II. 664: 3.

لَثَمَ, *Aſt.* لَثِمَ, Vittam ſeu operimentum ori ſuo obduxit *mulier.* 2, *med. Keſr.* Oſculatus fuit *os mulieris. cca. unde Aſt.* لثم Oſculatio. *T.* II. 428: 13.

لِثَامٌ Velamen oris, vitta qua obligatur os: *ne facies dignoſcatur, aut contra pulverem. Gi. fig. tribuitur diei. T.* 208: 3.

لَجَّ *Fut.* I *aut* A, *pp. Strepuit, pec. de mari vel fluctibus quando ingenti cum ſtrepitu exaeſtuant: item de verborum ſtrepitu; hinc* Litigioſus fuit. litigavit. *cc* في *r.* 2, Importune inſtitit. *ſpec.* 3, Obſtinate perſtitit, perſeveravit *in errore. cc* في. *C.* 23: 77. VIII. Amplum profundumve exſtitit *vel* tale ſulcatum fuit *mare. Gi. et in iſto mari* longius provectus fuit *cc* في *T.* II. 344: 4. *ubi et* لُجّ *i. q.* لُجَّةٌ, *Coll.* لُجَجٌ, Magna moles aquae. *C.* 27: 44. medium et profundum *maris*, abyſſus. *fig.* لجج القدر Abyſſi decreti divini. *T.* 6: 3. *hinc* لُجِّيٌّ Vaſtum et profundum mare. *Gi.*

cuius caligini comparantur infidelium opera, quodque egregie deſcribitur C. 24: 40. *vid. Iones de poeſi Aſiat. p.* 241. *ubi tamen male legitur* لجج. لُجَاجٌ *Aſt. ſign.* 2. *unde* فـي لـجـاج *et* علي لجاج Importune. *T.* 362: 6. *niſi e Mſ. legendum ſit* في لجاجة *eodem ſenſu.* Q.

لَجْلَجَ Reciprocavit et repetivit verba *in ſermone. cc.* في. *unde* لَجْلَجٌ Res impedita in qua quis oberrat. *Gi. ſic in Adag. Eloquentia in loco non ſuo eſt* عي لجلج ſtulta futilitas. *T.* II. 162: 6.

لَجَأَ *Fut.* A, Confugit *ad aliquem. cc* الي *T.* II. 602: 10. II. Invitum adegit. *unde Aſt.* تلجيئة *pec. eſt* Coactio ad deditionem. *T.* II. 206: 6. IV. *Tranſ. Coni.* I, Compulit, adegit. *ccap et* الي *r. H.* 1: 36. *ita et e Mſ. Warn.* فالجاوا *legendum. T.* 158: 10. مَلْجَأٌ Refugii locus; aſylum. *C.* 9: 57.

لَجِبَ Voce ſtrepituque ſonuit. *Gi.* لَجَبٌ Voces ſtrepitusque hominum. *unde* ذي لجب *T.* II. 22: 9. *idem quod* لَجِبٌ Multa voce tumultuque ſtreperus ſeu fremens, *et* numeroſus exercitus. *Gi. T.* 516: 10.

لَجَمَ *Syr.* לגם, Conſuit *veſtem. cca.* IV. Fraenavit, induit fraeno, *equum. cca. Ca. et aſinum. T.* II. 900: 8. لِجَامٌ, *Coll.* لُجُمٌ *et* أَلْجِمَةٌ Fraenum, *ſeu* lorum ejus et habena. *T.* II. 218: 7.

لَجَنَ Linxit. *Gi.* لُجَيْنٌ Argentum. *Gi. H.* 5: 68. *a lentore viscoſo et ductili ita dictum, uti ibid. in not.*

لَحَدَ *Or. in Flexu ſive obliquatione, hinc* Excavavit in latere, fiditque *ſepulturam*, et condendo cadaveri paravit locum *in ſepulcro. et in genere* ſepelivit, terrae mandavit *mortuum. cca. Ca. ſic* ملحود Sepultus. *H.* 4: 42. *n.* 2, *etiam med. Kesr. Deflexit, ſenſu morali*, A recto deſciyit, exorbitavit *in religione: uti haereticus, vel impius. Gi.* III. oblique torteque egit *cum alio. ccap. unde* ملاحد Iniuſtus. *T.* 78: 3. IV. *i. q.* I *ſign.* 2. *C.* 7: 179. *unde Infin.* الحاد Impietas. *C.* 22: 26. *item* Inclinavit, ſe recepit. *cc* الي *etiam de* inclinatione voluntatis *in aliquam rem. C.* 16: 105. VIII. *i. q.* IV. *ſign.* 2. *unde*

de ملتحد *part. paſſ. et* Refugii locus. *Gi. C.* 18: 26. لَحْدٌ, *Coll.* لُحُودٌ, Foramen in uno ſepulcri latere, condendo factum cadaveri. *Gi. et in genere* ſepulcrum. *H.* 1: 20. *n.*

لَحَزَ *Fut.* A, Inſtitit et importunus fuit. VI. Semet invicem laceſſiverunt. *T.* II. 496: 6.

لَحَظَ *Fut.* A, *in Or. vic.* لحص לחץ, *ſc. Stringendi, perſtringendi: hinc* Limis adſpexit *aliquem, vel ad eum. ccap vel* الي. *quaſi perſtrinxit viſu.* III. *idem. et* Reſpexit, obſervavit. *ccap. Gi. T.* 154: 7. *ubi tamen rectius ex Mſſ. legendum* لمحة لمحة. لَحْظٌ *Act. et i. q.* لَحْظَةٌ, *Nomen vicis*, Nictus oculi, *Coll.* الحاظ. *fig.* الفاظ الحاظ Sermones nictuum oculi. *T.* II. 978: 8. *n. Nictatio tribuitur etiam gladio. T.* II. 32: 2. *dein* Nictus oculi, *pro momento temporis. Gi. T.* II. 92: 8. *hinc magnifice, tota hominum ſors decreta et a Numine effecta dicitur* بين تحرك باللحظ وسكون Inter nictum et quietem oculi. *T.* 346: 5.

لَحَفَ *Fut.* A, Operuit extimo amiculo, lodice ſimilive re. *ccap.* IV. *i. q.* I. *fig.* الحف الجو الضياء Veſtivit aërem lumen. *H.* 4: 44. *dein* 2, *Inſtar amiculi adhaeſit alicui;* Importune inſtitit. *et* coëgit. *unde* الحاف Importunitas, *pec. mendicantis. C.* 2: 274. VIII. Opertus fuit *vel* ſemet operuit extima veſte. *cc* ب *Gi. vel et cca. ſic noctis ſyrmate. T.* II. 736: 1. لِحَافٌ Operimentum, *pec.* extimum corporis: veſtis ſuperinduta reliquis. *fig. de nivibus ceu operimento quod goſſipiarius hiemis ſuper terram expandit. T.* II. 520: 1.

لَحِقَ, *Act.* لُحُوقٌ, لَحَقٌ, *Fut.* A, *pp.* Adhaeſit, cohaeſit. *cca. vel c* ب *Gi. hinc* Affecutus fuit *aliquem. C.* 3: 164. *et* Pertigit, contigit *ad eum calamitas. ſic part.* لاحق *T.* 150: 5. *etiam* Imitatus fuit *alium. T.* II. 46: 9. III. Secutus, inſecutus fuit. *et* Proſecutus fuit *iter. T.* 320: 8. IV. *idem quod* I. *et* Adiunxit: adiecit. *ccap et* ب *r. ſocios Deo. C.* 34: 26. *unde peculiari uſu* الحاق باسلاف Adiungere maioribus, *h. e. ad patres mittere, occidere aliquem. T.* 242: 8. *ſic et* الحق باول اخرى Adiunxit prioribus poſteriores, *i. e. uno cunctos exitio involvit. T.* 474: 12. VI. Secum

cum coniuncta ſuerunt varia exercitus agmina. *T.* 270: 10.

لَحَمَ *Fut.* O, *H. et Aram.* לחם, *Or. in Serendo, conſerendo; unde conſertam, compactam reddidit, h. e.* Firmavit, ſolide tractavit *rem.* IV. Texuit *telam, vel* intexuit *ei* ſubtegmen لُحْمَة *dictum. quo ſenſu iungi amat cum* اسدى. *ſic fig. Conſerere et texere ſtamina ſervitii. T.* II. 108: 17. VIII. Conſeruit manus, pugnavit. *T.* 604: 12. *item* Continuo conflictu invaluit *praelium. Gi. ſeu potius* Pertexta fuit *praelii tela T.* 166: 7. لَحْمٌ, *Coll.* لَحُومٌ, Caro. *Gi. plerumque opponitur* τῷ دم *ſanguini, ut C.* 22: 38. *etiam pro piſcibus. C.* 16: 14. *et* carne *avium. C.* 56: 21. *fig.* اكل لحم اخيه carnem fratris mortui, *eſt mortuum convitiis proſcindere. C.* 49: 14. لُحْمَةٌ *oppoſ.* τῷ سدا, Subtegmen telae. *fig. Diſciſſa ſunt ſuper liciatorio attentionis* سدا ولحمة تدبيرة Stamen ſimul et ſubtegmen imperii eius. *T.* II: 674: 1. *n.* مَلْحَمَةٌ Magnae ſtragis pugna. *Coll.* الملاحم *fig.* سدا الملاحم الملاحم Texuit telam conflictuum. *T.* 400: 9.

لَحَنَ *Act.* لَحْنٌ, *Ch.* לחן, *pp.* Inclinavit, deflexit *ad aliquem. c c* الى 2, *de vocum flexu*, Erravit *in ſermone: pec.* perperam efferens vocales. *c c* في. *Gi. unde Act.* لحن *C.* 47: 32. *quod et Coll.* الحان *Albanon*, Phthongus, *et* melos; modulatio. *T.* 512: 18. لَحَّانٌ Qui perperam vocum vocales pronuntiat: *aut* qui multum in pronuntiando errat. *Gi. T.* 116: 3.

لَحَى *Fut.* A, *H.* לחה, *pp.* Decorticavit *lignum. c c a, dein tranſlate* 2, Reprehendit, traduxit: dedecore affecit. *ſic part.* لاحي *H.* 6: 274. III. *idem. unde Act.* ملاحاة Malitia: pervicacia. *T.* II. 730: 9. لِحْيٌ *Act. ſign.* 1. *et* Cortex arboris. *T.* II. 900: 12. لِحْيَةٌ Barba, *tum* mento, *tum* genis increſcens. *Gi. ſic* Barba cana; *prae moerore H.* 2: 114. اخذ بلحية Prehendere barbam alicuius. *C.* 20: 95. Barbam monilibus ornare, *Pharaonis adinſtar. fig. T.* II. 474: 6. *eſt et Prov.* Cum vicini barba raditur, ſuae quis affundat aquam; *eodem ſenſu quo Latinis: Paries iam proximus ardet. T.* 150: 8, 9.

لَدَّ O, *Aει.* لَدَدٌ, Altercando aut litigando contendit, lite intendit. *ccap. Gi.* 2, Inimicus et gravis adverſarius fuit. *Ca. unde Aει.* لدد Gravis contentio ac rixa. *Gi. T.* 394: 10 أَلَدُّ, *Coll.* لُدّ, Strenuus adverſarius et diſputator: acer litigando *vir. Gi. C.* 2: 199.

لَدَغَ *Fut.* A, Punxit cauda *ſcorpio*: momordit *ſerpens: et dictis homo. H.* 4: 20. *unde* لديغ Punctus morſusve a ſerpente, *etc. Gi. ſic, collato* سليم, *videtur legendum T.* II. 664: 2.

لَدُنْ, *Quod pp. pertinet ad th.* لدن, *Praepoſitio loci et temporis:* Ad, usque. *ccg, vel cca Nunnato. Gi. varia notat pro varia conſtructione, ſc. i. q.* عند, Apud, prope, iuxta *etc.* من لدن *Eodem ſenſu. C.* 4: 44. *vel et* A, ab. *C.* 11: 1. لَدَى *Idem*, Ad, apud. *C.* 12: 25. *et* usque ad *C.* 40: 18. *et* coram *Deo ſe proſternere. T.* II. 500: 10. *unde* لديك Apud te. *Gi.* لديه Penes illum. *etc.*

لَذَّ Suave et iucundum comperit. *cca. Gi. et* Voluptatem *ex eo* cepit. *cc* ب *Ca. C.* 43: 71. *inde form. intens.* الذ Suavior, iucundior: *de modulatione avium. T.* II. 404: 11. X. Suavem gratum iucundumque comperit *aut* duxit: delectatus fuit. *ccar. Gi. T.* II. 726: 6. لَذِيذٌ Suavis, gratus: *de cibo potuque. T.* II. 926: 2. لَذَّةٌ Voluptas: delectatio. Suavitas. *H.* 6: 260. *pec. tribuitur Vino. C.* 47: 16. *fig.* هادم اللذات Everſor voluptatum; *pro Morte. T.* 4. 768: 3. مَلَذٌّ, *Coll.* مَلَاذّ Oblectatio, delectatio. *T.* II. 420: 19.

لَزَّ *Fut.* O, *pp. Strinxit*, Conſtrinxit. *hinc* Confodit haſta, lanceavit. *Ca. pec.* Arctavit *hoſtem in praelio. T.* II. 630: 1.

لَزِبَ *Fut.* O, Adhaeſit: *pec.* firmiter. *et* Stabilis fuit. *Gi. unde part* لازب Firmus. *ſic* طين لازب Lutum tenax *C.* 37: 11.

لَازَوَرْد, *Perſ.* لاژورد, *hinc vulgo* Lazuli lapis, cyanus. *Beith. inde* لَازَوَرْدِيّ Cyaneus, caeruleus, *color. Ca. ſic de veſte caerulea aëris T.* II. 24: 5.

لَزِقَ *Fut.* A, Adhaeſit: coaluit. *cc* ب. II. *Tranſ.* Coniunxit, compegit, conglutinavit, ferruminavit. *ccap et* ب *r. hinc part*

part. paſſ. مسلسرق Firmiter nexum et cohaerens camelorum agmen. *Ca. etiam de fiſſuris pharetrae. T.* II. 906: 8.

لَزِمَ *et med. Kesr. Fut.* A, Aſſiduus, affixus et inſeparabilis fuit adhaeſitque. *ccar. ſic loco ſuo in pugna, oppoſ. ad fugam. T.* 390: 7. *hinc* 2, Neceſſarius, *et* neceſſario conſequens fuit, *ut etc. ſeq.* ان. *T.* II. 14: 10. III. Aſſiduus, neceſſario coniunctus et individuus fuit, firmiter adhaeſit. *cca. inde Act.* ملازمة Aſſiduitas. *T.* 174: 12. ملازم لغلطه Adhaerens errori ſuo. *T.* 174: 10. IV. *Tranſ.* τῆς I, Redegit, coëgit. *C.* 11: 30. *ſpec.* Disputando *aliquem* vicit et ad ſilentium redegit. *T.* II. 806: 8. *n. item* Coniunxit: ſubiunxit. *ccga. ſic* Appendit *cuique homini avem in collo C.* 17: 14. *item* Impreſſit *Deus hominibus verbum pietatis. C.* 48: 26. VIII. *i. q Coni.* I. *ſign.* 1. *pec.* Obſtinatius inhaeſit *ſententiae ſuae. T.* II. 832: 9. *ubi et* Aſſiduus fuit, indefeſſus operam dedit *ut rem perficeret. cc* ان. *unde* التزام Aſſiduitas. *T.* 458: 14. *item* Amplexus fuit *rem. cca. T.* II. 700: 10. لِزَامٌ, *Coll.* أَلْزَامٌ, Neceſſarius. *T.* II. 932: 8. *et hinc i. q.* صاحب, Aſſecla. *T.* 638: 3. لِزَامٌ, *Act.* *Coni.* III. *item* Mors. perpetua poena. *C.* 20: 129.

لَسَعَ *Fut.* A, Punxit *ſcorpio, etc. pec. aculeo: ut* لدغ de ore. *Gi. inde* ملسوع Aculeo punctus. *ſic in Prov.* الملسوع Iumentum a ſcorpione laeſum *metuit* جر الحبل Sphaerulas capiſtri. *T.* II. 608: 12. *v. n. Coll. Golii Adag. p.* 123.

لَسَنَ *Fut.* O, *H. et Aram.* לשן, Punxit *ſcorpio. Ca. item* Prehendit linguam *alicuius. ccap. notione ducta a* لِسَانٌ, *Coll.* أَلْسِنَةٌ, Lingua, inſtrumentum loquendi. *et ipſa* Loquela, ſermo. *C.* 14: 4. *quin et* varia pronuntiandi ratio, dialectus. *C.* 30: 21. الاسنة الاسنة Linguae cuſpidum: *uti legend. T.* 256: 2. لسان الصدق Encomium inſigne. *C.* 19: 51.

لَشِيَ, *Verbum ut videtur ex* لا شي, *nihil, formatum;* Vilis evaſit poſtquam elatus fuit. *unde part.* لاش quod nihili eſt, *ſic* الراي اللاش conſilium leve, nullius momenti. *T.* 600: 8.

لَصَّ, *cogn.* لز, الز *et* אלץ, *in Orig. Strinxit, ſtringendo preſſit; hinc*

 Latro

Latro fuit. *Ca. notione ducta a* لصّ Latro, praedo. *Gi. T.* 566: 1.

لَصِقَ *Fut.* A, Adhaeſit. Coniunctus fuit. *cc* ب *pec.* لاصق depreſſus, *de aedificio, opp. ad* ساهق *altum. T.* II. 202: 6. IV. *Tranſ. Coni.* I. Coniunxit, appegit, copulavit, conglutinavit. *ccap et* ب *r. Gi. ſic folia libri. T.* II. 318: 3. VI. Contiguae fuerunt *res, aedificia, etc. T.* II. 98: 11.

لَضْلَضَ *Q.* Ad dextram et ſiniſtram converſus eſt. *Gigg. vicinum, ut videtur,* τῷ لطلط: *occurrit de mucronibus gladiorum ultro citroque agitatis. T.* II. 384: 11.

لَطَّ *Fut.* O, Coniunxit, appegit. *cca. dein intranſ* 2, Affixus et neceſſarius fuit *negotio. cc* ب. *et hinc* 3, Denegavit *rem iure debitam. cca.* IV. *Idem, ſeu et* Impulit adegitve *aut* adiuvit ad recuſandum *quod iure deberetur. cca. Gi. hinc Adag.* الالطاط يخزي Denegatio officii dedecorat. *H.* 6: 238. *n.*

لَطَأَ, *et* لَطِيَ, Adhaeſit *terrae. cc.* ب, *et cc* في. *ſic* Adhaeſit *dorſo equorum. T.* 4. 736: 1. *etiam* Delituit *in deſerto T.* II. 360: 2. *et* لاطئ Recipiens ſe *ad aſylum; itidem cc* في. *T.* II. 184: 1.

لَطُفَ. *Fut.* O, *med. Damm.*, Exilis, parva et ſubtilis fuit *res. et fere* cum elegantia quadam. *quo ſenſu et forma intenſ.* الطف *T.* 420: 12. *hinc* 2, *med. Phat.* Benignus et propitius fuit. *et pec.* Favit illi *Deus. cc* ل *p.* Illi. Beneficus *in alium* fuit, favitque, *et* Blanditus fuit. *ccap. unde Act.* ملاطفة *T.* 620: 8. IV. *Tranſ.* τῆς I. *hinc pec.* الطف سواله ſubtiliter et blande rogavit: *ita* الطاف blanda percunctatio. *H.* 1: 8. *n.* V. Benignum ſe praebuit favitque *rei. cc* ل. *Gi. C.* 18: 18. *etiam cc* الى *T.* II. 208: 11. VI. *Idem. T.* II. 924: 5. X. Benignitatem *alicuius* imploravit. *T.* II. 376: 14. لُطْفٌ, *Coll.* الطاف, *Act. ſign.* 1 *et* 2, Subtilitas: *ſic technae H.* 1: 36. *item,* Comitas, humanitas. *T.* 22: 8. *et* Propitii *Dei* favor ac gratia. *T.* II. 778: 11. لَطِيفٌ, *foem.* ة, *Coll.* لطايف, Exilis, ſubtilis: *pec.* cum elegantia. *Gi. de trabe. T.* II. 902: 13. *de aëre T.* 536: 5. *et* Qui ſubtilia et occulta novit, perſpicax. *Ca. C.* 31: 5. *item* Mollis, lenis. *ſic de tem-*

temperamento T. II. 144: 14. *et* blandus, propitius, benignus: *unde cum* ال *epitheton Dei. Gi. C.* 6: 3. *ſpec.* لطيفة Egregia res; egregium factum et beneficium. *T.* 108: 14. *et* لطايف Facetiae, *aut* elegantiae *ſermonis. T.* 526: 8. *idem notat* لَطَافَةٌ *Act. ſign.* 1. *T.* 88: 3.

لَطَمَ *Fut.* I, Paſſa palma percuſſit. *ccap. pec.* genas: colapho caecidit. *ccap. Gi. T.* II. 842: 11. Alapam inflixit *alter alteri. ccap. Gi. fig. adhibetur de concuſſione et colliſione fluctuum inter ſe: quo ſenſu venit Act.* ملاطمة *T.* II. 24: 11. VI. Colliſae inter ſeſe et conquaſſatae ſunt *undae. Gi. T.* II. 240: 19.

لَظِيَ *Fut.* A, Arſit, flammam emiſit, *ignis.* V. *idem fig.* تتلظي جمرته Exarſit pruna eius, *pro vehementia irae. H.* 3: 156. لَظَي *Foem. et Dipt.* Nomen inferni ſeu ignis infernalis. *Gi. C.* 70: 15.

لَعِبَ *Fut.* A, *H. et Ar.* לעב, Salivavit ore, ſalivam effluere ſivit *infans. Gi.* 2, Luſit. *cc* ب *Gi. etiam* Iocatus fuit. *C.* 21: 56. Ludibrio habuit *res ſacras. C.* 21: 2. *pec.* لعب في خوضة Luſit in vanitate ſua, *futili ſermone ſemet oblectavit. C.* 6: 91. III. Luſit una cum *altero. ccap. fig. T.* II. 22: 11. لَعِبٌ *Act. ſign.* 2. Luſus. *Gi. T.* II. 798: 10. *pec.* puerilis: *cum quo comparatur mundus C.* 57: 19. *etiam* Ludibrium. *C.* 5: 62. لُعَابٌ Saliva ex ore manans: *uti* infantium. *et de* لعاب الكلب ſaliva canina. *T.* II. 834: 12. مَلْعَبٌ, *Coll.* ملاعب, Locus ubi luditur. *et* Ludicrum. *Gi. T.* II. 420: 8.

لَعَجَ *Fut.* A, *H. et Ar.* לעג, *i. q.* خلج, *Or. in Nictatione vibrante, ut fulminis, flammae, linguae, etc. hinc* Uſſit *cutim verber. cca. Gi. unde* لاعج, *foem.* ة, *Coll.* لواعج, Vehemens et urens *amor. Gi. et pruna. T.* II. 470: 14.

لَعَنَ *Fut.* A, *H. et Ch.* לען, *i. q.* طرد, Abegit, et procul eſſe iuſſit: *pec.* ab omni bono. *dein* Maledixit. *ccap. Gi. Deus et creatura. C.* 2: 154. *inde* ملعون, *foem.* ة, Maledictus, execratus. *Ca. ita* الشجرة الملعونة arbor maledicta Zacum. *C.* 17: 62. لَعْنَةٌ Maledictio: dirae, ana-

anathema. *C.* 3: 54. لعنة الله عليه Maledicat ei Deus. *Gi una cum angelis et hominibus omnibus. C.* 3: 180. *hinc* انتقل على لعنة الله *h. e.* E vita deceſſit, iuſtasque poenas ſubiit. *T.* II. 310: 15.

لَغَبَ *Fut.* O *et* A, Laſſus fuit: *et quidem* quam maxime. *Gi. unde* لُغُوبٌ *Act.* Laſſitudo. *C.* 50: 37. *T.* II. 594: 7.

لَغَزَ *H. et Aram.* לעז, *Torſit, diſtorſit*; *hinc* Immutavit et a ſuo modo diſtorſit quid. *Ca. pec.* IV. Involvit mentem ſuam diſtorſitque ſenſum *in ſermone. cc* في *Gi. unde* لُغْزٌ, *Coll.* أَلْغَازٌ, Quod involutam et occultam habet ſignificationem: aenigma. *T.* II. 182: 6.

لَغَا *Fut.* O, *Or. videtur eadem quae in* φλυω *et* φλυζω, *unde* φλυαρειν, *ſc. in fervore aquae quae exaeſtuat et eiectat ſpumas; hinc* Locutus fuit. *pec.* temere *nec* ex animo: vana effutivit. *C.* 41: 25. *item* Temere dedit *ius iurandum. Gi.* 2, Excidit ſpe, propoſito. et Fruſtra fuit. *unde* IV. Excluſit, reiecit: irritum fecit. *cca. Ca. H.* 4: 24. لَغْوٌ *Act.* Inanis futiliſque ſermo. *pec. ebrii. C.* 52: 22. *item* Temeritas *in iuramentis*, dictum inconſideratum, *C.* 2: 225. *opp.* τῷ سلام *paci, videtur eſſe* Diſſenſus, altercatio. *C.* 19: 63. *etiam eſt ſp. c.* Battologia in precando. *C.* 23: 3. *et in genere* Quod temere excidit ore, quodque dici curarive indignum. *C.* 28: 15. *idem notat* لاغية *T.* II. 132: 16. لُغَةٌ, *Coll.* لُغَاتٌ, Loquela. *item* Idioma, lingua vernacula *cuiuscunque gentis. T.* 14: 3. *etc. etiam* Dictio, figura, ornatior loquendi ſcribendive modus. *T.* 554: 9.

لَفَّ *Fut.* O, *Aram.* לפף, *pp.* Involvit *rem. et* obvolvit. *ccap et* ب *re. ſic infantem faſciis. T.* II. 928: 13. *et* ملفوف faſciis involutus. *T.* 178: 8. *porro* Convolvit, collegit, congregavit. VIII. Semet involvit *veſti. cc* في. *unde Prov., de quo in* حصير, centum pauperes يلتفون في حصير uni ſeſe involvunt ſtoreae, *etc. item* التف, *paſſ. Coni.* I. Adiunctus: coniunctus fuit. *cc* ب *r. C.* 75: 29. لِفٌّ, *Coll.* الفاف, Congregatum agmen, conſerta arbor. Miſcella turba *et* Confertus arboribus hortus. *C.* 78: 16.

لَفِيفٌ Congregatus et undecunque mixtus. *pec.* ex diverſis

mi-

tribubus miſcella turba. *unde Adverb.* لفيفا Iunctim gregatimque ex omni tribu. *Ca. C.* 17: 106. *Q.* لَفْلَفَ *i. q.* لف Collegit, congregavit: *pec. veſtes. ſic fig.* لفلف اذياله Collegit ſyrmata ſua. *ſ. clientes ſuos. T.* 460: 12. *v. n.*

لَفَتَ *Fut.* I, *H.* לפת, *pp.* Inflexit, torſit, intorſit, *quid, pec. lingua ſua. cca et* ب 2, Avulſit, abduxit *aliquem a conſilio, fide, etc. ccap et* عن *r. C.* 10: 79. 3, Reſpexit, adſpexit. *unde* لفتة *Act.*, Adſpectus. *T.* 242: 3. V. ſe inflexit, reſpexit, capite in latus flexo: curavit, rationem habuit *cc* الى *p vel r. T.* II. 898: 9. VIII. *Idem. cc* الى, *ſc.* convertit *ſe ad aliquem. H.* 1: 40. *n. et* Retro vertit *faciem*, reſpexit. *c.* 11: 83. *item* Curavit, rationem habuit *perſonae vel rei unde* الىتفات Reſpectus, cura. *H.* 4: 26.

لَفَحَ *Fut.* A, *Act.* لَفْحٌ, Uſſit fervore ſuo *ignis*, acrimonia ſua *toxicum. cca Gi. C.* 23: 106. *unde Act.* لفح *tranſlate* Aeſtus iracundiae. *T.* II. 940: 4.

لَفَظَ *Fut.* I, *et med. Keſr. Fut.* A, Eiecit, de ſe emiſit. *cca. Ca. etiam ex ore cc* من. *ſic Expulit eum* رحى الحرب mola belli, لفظ الدقيق prout expellitur farina: *uti legend. T.* II. 116: 5. *fig. etiam Expulerunt me* مرامي الغربة expulſoria peregrinationis, *ad hanc terram. H.* 5: 112. 2, Enunciavit, protulit, *verba. cc.* ب *Gi. C.* 50: 17. V. *idem;* Pronunciavit, *ſimpliciter: vel verba. cc* ب *Gi. T.* II. 914: 9. لَفْظٌ *Act. et Coll.* الفاظ, Vox *ipſa.* Pronunciatio. *T.* 524: 10. *et* Vocabulum. *Gi. T.* 102: 9. *item* Sermo, oratio. *fig.* جواهر لفظه Gemmulae ſermonis eius: *uti legend. H.* 1: 10. لفظة *Nom. Unit.* τῦ لفظ *praeced.* Verbulum unum. *T.* II. 830: 15.

لَفَا *vic.* لف *in Orig. Volvendi; hinc, quaſi convolvit, i. q.* نجس, Neglexit, non curavit, *ius ſuum. cca. et* IV. *Devolvit ad aliquid;* Invenit, *cca. C.* 37: 67. VI. *i. q.* تدارك Aſſecutus fuit, aſſequi ſtuduit. *ſic Act.* تلافي *T.* II. 624: 7. *item ſenſu medico* Aſſecutus morbum invenit remedia, illumque curavit. *T.* 58: 3. *et in genere T.* II. 748: 2. لَفَآءٌ Res pauca vilis et contemtibilis. *Gi. H.* 4: 20.

لَقَبٌ *deperditum; unde* II لَقَّبَ Cognominavit. *ccap et* ب *r. ſic part. paſſ.* ملقب *T.* II.

		284:

248 : 7. V. *Paſſ.* *cc* ب. *Gi.* *T.* 532 : 5. *notione ducta a* لَقَبٌ, *Coll.* الْقاب, Cognomen, cognomentum. *Gi.* *tam honorificum T.* 26 : 2. *quam turpe et probroſum.* *C.* 49 : 11.

لَقَحَ *H. et Ch.* לקח, Foecundavit *palmam.* *cca.* 2, *med. Keſr.* Admiſſarium paſſa fuit, *et* concepit, *camela.* لاقح, *foem.* 8, *Ag.* Foecundans : *inde* *Coll.* لواقح *pec.* Nubem compellentes pluviave foecundi, *et* arborem quatientes *venti.* *C.* 15 : 22.

لَقْحَة Quae mulgetur *camela:* *pec.* *duobus tribusve* a foetura *menſibus.* *ccg.* *fig.* استمري لقحته Ad fluxum incitare camelam ſuam lactantem, *h. e.* *mentem vena copioſa eruditionis praeditam.* *H.* 6 : 228. *n.*

لَقَطَ *H. et Aram.* לקט, Legit, collegit: *pec.* rem humi poſitam *vel* abiectam. *cca.* *Gi.* VIII. *idem.* *cca.* *etiam contra vulgarem uſum*, Legit, collegit, rara ac pretioſa: *ſic de dictis eximiis* *H.* 1 : 12. *n.* *item* Incidit impegitve *in rem* non quaeſitam, ſeu inopinato: *cca.* *Ca.* *C.* 12 : 10. لُقَاطٌ Spicilegium : *ſic locuſtarum.* *T.* II. 152 : 3.

لَقِفَ *Fut.* A, Rapide cepit ſumſitve *rem* : *uti famelicus comedendo facit.* *cca.* *C.* 20 : 72. V. *Idem.* *Gi.* *C.* 26 : 44.

لَقِمَ *i. q.* لقف, Celeriter (*ſeu ut Gi.* commode et lente) deglutivit, comedit quid. *cca.* IV. *Tranſ.* Fecit ut deglutiret. *ccga.* *Gi.* *fig.* *ſatelles ora gladiorum.* *T.* 282 : 10. VIII. Deglutivit buccellam. *cca.* *Gi.* *Ionam piſcis.* *C.* 37 : 142. *quorſum alludit audax figura* : *Piſcis tenebrarum feſtinavit* يونس الشمس بالالتقام ad deglutiendum Ionam Solis. *T.* 324 : 13. لُقْمَانُ Nom. ſapientis apud Arabes celeberrimi, Locmani : *cui apologi Aeſopicis ſimiles adſcribuntur.* *Gi.* *de quo pluribus Schult. ad Nawab.* 112. *Celſius Hiſt. Ling. Ar.* *c.* 1. §. 16. *Hiſt. in Act. Acad. Elect. Mogunt.* *t.* 1. *p.* 583. *Coll. Biblioth. German. univ.* *t.* 27. *p.* 197. *Nomen dedit capiti Coran.* 31.

لَقَا *Ch.* לקא *et* לקה, *pp.* *Feriit;* *hinc* Reprehendit *aliquem* *cca.* *Ca.* 2, *med. Keſr.*, *Fut.* A, Pertigit. Obvium habuit. Occurrit *pec.* in conflictu. *C.* 8 : 15. Incidit *in aliquid* : *in noxam.* *H.* 5 : 76. *ſic et* لقا نصبا *i. e.* Fatigatus, laſſus fuit *prae itinere*

re. T. II. 242: 6. *etiam in bonum ſenſum*, Accepit *rem promiſſam. C.* 28: 61. II. *Tranſ.* Coniecit *rem in aliam*; adiecit. *ccga. in Paſſ.* Accepit, nactus fuit *rem. C.* 28: 80. III. Occurrit, obviam factus fuit. *unde part.* مـلاقى *pec.* Occurrens *Deo in die reſurrectionis. C.* 2: 43. *item* Adortus fuit in pugna. *ccap T.* II. 30: 11. IV. Coniecit, deiecit. *cc* مـن *loci. item* Proiecit: Abiecit. *magnifice*, Proiecit *Deus per terram montes. C.* 31: 9. Proiecit *alicui verba*, *eſt reſpondit ei. cc* الي. *C.* 18: 88. *alio ſenſu* Proiecit *alicui rem*, *h. e. eam ab illo poſtulavit. C.* 18: 89. القي عصاه Proiecit baculum ſuum *Moſes coram Pharaone. C.* 7: 112. *translate autem phraſis* Proiicere baculum ſuum *notat quietem capere*, *vid.* عصا. Proiecit terra, quidquid in illa erat, *h. e. mortuos: C.* 84: 4. *fig.* القاهما بين يدي اسد Coniecit eos inter manus leonis violentiae ſuae: *uti legendum T.* 142: 13. *alia phraſi* Proiicere frenum ſuper gibbum, *eſt vadere quo et quomodo lubet. H.* 3: 180. *n. item* القي Attribuit, impertivit *C.* 60: 1. Propoſuit, obtulit *pacem. C.* 16: 30. *in Paſſ.* Inſpiratum habuit *ſibi aliquid. cca. Ca. C.* 26: 223. V. *i. q.* I. *ſign.* 1. *ſcil.* Reprehendit. *C.* 24: 14. *et i. q.* استقبل Occurrit. *ccap. C.* 50: 16. *item* Accepit: *pec.* iure haereditario *regnum a patre ſuo. cca et* عن *T.* 48: 9. *etiam* Excepit *mandata alicuius. ſic part.* متلاقي *T.* II. 842: 5. *et* Excepit *aliquem comiter et benigne. T.* 22: 7. *pec. ſenſu* Accepit, didicit, *ab aliquo ccar et* عن *p. C.* 2: 35. VI. Occurrerunt invicem. *T.* II. 698: 4. *pec. in pugna exercitus*, conſeruerunt manus. *T.* 254: 12. VIII. *Idem. etiam de exercitibus C.* 3: 149. *et de gemino mari C.* 55: 19. لقاء *Act. ſign.* 2. *Gi. ſpec. de* occurſu *ſive* adventu *vitae alterius C.* 7: 146. *unde abſolute* لقاء الله occurſus *ponitur pro die iudicii. C.* 6: *vid. Marac.* تلاق *Act. Conj.* VI. Mutuus occurſus. *hinc* يوم التلاقي *pec.* Dies extremi iudicii. *C.* 40: 15. تلقاء *Act. ſign.* 2. *Gi. unde Adverb.*, تلقاء النار *Tilkâa*, Ignem verſus: *vel* e regione ignis. *Gi. ſic et in aliis C.* 7: 45. *item* من تلقاء نفسه Sua ſponte, a ſe ipſo. *C.* 10: 16. ملتقي

Locus ubi convenitur. *Mar. H.* 2: 74.

لَكَزَ *Fut.* O, Pugno percuſſit in pectore, maxilla, *vel* reliquo corpore. *ccap.* III. Pugnis certavit. *Gi.* VI. *notione rixae ad bellum translata*, Conflixerunt acie, pugnarunt inter ſe *T.* II. 496: 6.

لَكَمَ *Fut.* O, لَكْمٌ, Pugno percuſſit. Alapam impegit. *ccap. T.* II. 74: 5. III. Pugnis certavit. *Caſt. unde* ملاكم *Pugil. T.* 74: 9.

لَمْ Non *fecit. Futuro Gjezmato praefixum habet Praeteriti ſignificationem. ita* لن *Len de Futuro*, لا *La de praeſenti. Gi. ſic duo priora iunguntur. C.* 2: 22.

Fut. O, *Origo in Convolven*-... ; *hinc* Congregavit, collegit. *T.* 88: 13. *item* 2, Reſtituit, reddidit *alicui rem. cca. et* الي *T.* II. 776: 3. *et* 3. *i. q.* قرب Prope fuit *vel* acceſſit. VI. Semet congregarunt. *T.* II. 848: 4. VIII. Circuivit in gyrum, rotundus fuit. *Caſt. fig. circulus inſidiarum circum feras. T.* II. 844: 8. لَمٌّ *Act.* Collectio. *et* Reſtitutio in integrum. ſic لم الشعث Reſarcire discordiam. *T.* II. 582: 9. *in accuſ.* لَمًّا Totum, univerſum, prorſus ut nihil reſtet. *Gi. C.* 36: 32. لَمَمٌ *Act. ſign.* 3. *hinc* Proximum eſſe peccato nec tamen peccare. *Gi. inde et notat* Peccata leviora. *C.* 53: 32. مُلِمَّةٌ Accidens fortunae, infortunium. *Gi. T.* II. 974: 12. *Q.* لَمْلَمَ *i. q.* لم, Collegit, contraxit: *ſic ſarcinas ſuas. fig. T.* 462: 1. V. *Paſſ. Coni.* I. Inſtaurata fuit *res. T.* II. 662: 5.

لَمَحَ *Fut.* A, *i. q.* لمع, *pp.* Micuit *fulmen*, *ſtella*: apparuit. *inde* 2, *translatum ad oculum micantem*, *Tranſ.* Levi intuitu et ſtrictim furtimque vidit. *cca vel* الي *Gi. H.* 2: 76. *n.* لَمْحٌ *Act.* Nictus *oculi. C.* 54: 50. *et pro* momento temporis *H.* 2: 100. لَمْحَةٌ *Nom. vicis*, Levis et furtivus intuitus unus, *ceu* nictus oculi. *T.* II. 784: 5.

لَمَدَ *H. et Aram.* למד, *pp. Acuit*, *punxit*, *pungendo feriit*; Re aliqua percuſſit. *cca. Ca.* تِلْمِيذٌ *quod et* تِلْمِيذٌ, תלמיד, Discipulus. *H.* 1: 40.

لَمَزَ *Fut.* O, *et* I, Innuit, indicavit

cavit nutu nictuve oculi. *ccap et* في *r. item* 2, *i. q.* هاب Diffamavit. *ccap. C.* 9: 80.
لَمْزَة *Nom. vicis*, Nictus oculi. *T.* II. 784: 5. لُمَزَة Diffamator. obtrectator. maledicus *vir: pec.* in abſentem. *Ca. C.* 104: 1.

لَمَسَ *Fut.* O *et* A, *Act.* لَمْس, Contigit manu et palpavit. *cca. C.* 6: 7. *hinc* Laevigavit *clypeum: quo ſenſu Act.* لمس *T.* II. 32: 4. *et* Palpando captavit. *cca. Ca. ſic adſcendere coelum. C.* 72: 8. III. *idem quod ſign.* 1. *et ſpec. honeſto ſenſu de actu coniugali. C.* 4: 46. VIII. Rogavit, petiit, flagitavit. *cc.* من *p. C.* 57: 13. *et cc* ان *verbi. T.* 90: 10.

لَمَظَ *Fut.* O, Linguam in ore *vel* per labia circumduxit ad auferendas detergendasque cibi reliquias. *Gi.* V. *idem. T.* II. 982: 4. *fig.* Adlambere cibum alicuius. *H.* 5: 92. *n.*

لَمَعَ *Fut.* A, *pp.* Micuit, rutilavit, ſplenduit, *fulmen, ſtella, et apparens eminus aquae ſpecies: cui aſſimilatur mendax. Gi. fig.* Emicuerunt *fulmina gladium. T.* 262: 8. *et de enſibus. in* لامع, *foem.* ة, *Coll.* لوامع *T.* 391: 6. لَمْعٌ, لَمْعَةٌ *et* لُمُوعٌ *Act.* Splendor, coruſcatio. *ſic* لمع الصباح ſplendor aurorae. *T.* II. 24: 8. *fig.* لمعات الفتح fulgores victoriae *coruſcabant e vexillis fulgurantibus. T.* II. 650: 2. لموع السراب micatio vaporis meridiani, *pro vana pollicitatione et fortuna mendaci. H.* 6: 278.

لَمَى *Fut.* I, *vic.* لم, *et* لما *in Orig. Involvendi, unde notio involuti ad obſcurum transfertur; et hinc pec.* Fusca aut ſubnigricantia habuit labia. أَلْمَى Opaca et umbroſa *arbor. Gi. et* Fusca admodum *haſta. Ca. ex ambig. Sultanus hiemis polivit* فرند المهباة frondes, *tanquam* enſem ſuum nigricantem. *T.* II. 376: 1.

لَنْ *Particula naſabans Futurum*, Non, nequaquam. *de actione futura. Gi. C.* 2: 22. *vide* لم.

لَهَبَ *Fut.* A, *H. et Cb.* להב, Arſit, flammam extulit *ignis. et* inflammatus fuit. IV. Accendit *ignem*, inflammavit. *cca. T.* II. 758: 9. V. Inflammatus fuit, *vel* arſit *ignis. hinc tranſlate* تلهب جذوة Inflammatio prunae alicuius, *notat aciem et promtitudinem eius ingenii. H.* 2: 110. *n.* VIII. *Paſſ. Conj.* IV.

IV. *ſeu* Exarſit *ignis*. *Gi. mucro baſtae T.* II. 32: 11. *unde* التهاب combuſtio *T.* II. 542: 2. *fig.* Exarſit *aeſtus irae eius. T.* 356: 13. X. Arſit et cum ardore expetivit *rem. cc.* علي *T.* II. 22: 7. لَهَبٌ Flamma, *pecul.* pura, fumi expers. *Gi. de flamma inferni C.* 77: 31. *translate* Flamma *inediae. T.* 34: 12. *et abſol.* Flamma, *pro iracundia T.* II. 72: 13. لَهِيبٌ Ardor ignis. *Gi. T.* II. 470: 15. *et diei. T.* 552: 7.

لَهَثَ *Fut.* A, *Verbum* ονοματοπ. Linguam exſeruit *canis*, *vel* prae ſiti, *vel* prae laſſitudine. *C.* 7: 175.

لَهِجَ, *Act.* لَهَجٌ, *Fut.* A, *H.* להג, *Origo in Denſo, ſpiſſo, concreto, compacto: unde transfertur ad acrius ſtudium;* Avidus, deditus, addictus fuit *rei cc* ب. *ſic Act.* لهج Aviditas. *H.* 2: 44. *v. n. et* لَهْجَةٌ Lingua. *unde* افصح اللهجة Facundus lingua. *Gi.*

لَهْذَمَ *Q. i. q.* قطع Secuit. *cca. unde* لَهْذَمٌ Acuta et penetrans cuſpis. *Gi. et* لهذمية Cuſpis: *ex ambiguo ſimul pro* dente. *T.* II. 240: 15.

لَهِفَ *i. q.* ظلم *Mar. et med. Kesr. Fut.* A, Doluit et ingemuit: *pec.* ob rem praeteritam *vel* neglectam. *cc* علي. *Gi. unde* ملهوف Iniuriam et vim paſſus: afflictus, moeſtus et ſuſpirans. *T.* II. 930: 5. V. *i. q. Coni.* I. *cc* علي. *T.* II. 788: 13.

لَهِمَ *Fut.* A, *H.* להם, Cito et una vice inglutivit. *cca. Gi.* IV. *Tranſ. dein* ſuſpiravit. Clandeſtino inſtinctu docuit: *ccga Gi. ſed non niſi inſtinctu divino. C.* 91: 8. *unde* الهام الصدق Inſtinctus veritatis. *T.* 12: 8. VIII. *i. q.* I. *cca. fig. Sollicitudines, inſtar crocodili,* التهم غواص فكري inglutiverunt urinatorem attentionis meae. *T.* II. 986: 6.

لَهَا *Fut.* O, Luſit *aliqua re*, *et* tempus fefellit. *T.* II. 246: 7. *item* Oblectavit et demulſit animum ſuum. *cc* ب *Gi. C.* 21: 3. II. Miſſum fecit *quid. cc* من, *aut* عن. *C.* 80: 10. IV. Occupavit *aliquem res. ccap et* من *r. C.* 102: 1. *pec eum* diſtraxit a re graviore vel taedioſa. *C.* 24: 37. لَهْوٌ Luſus, res ludicra *aut* iocularis. *H.* 1: 16. *pec. qua ludibrio babetur religio. C.* 6: 69. *aut in genere* quae animum divertit a re ſeria: *unde cum* لهو *comparatur vita mundana. C.* 6: 32. مَلَاهِي, مَلْهَى, *Coll.* Inſtrumen-

mentum luſorium ſeu ludicrum, quo recreatur animus, et ab aliis rebus divertitur; *ſive* muſicum *ſit ſive* aliud. *Ca. T.* II. 420: 18.

لَوْ *H* לוּ, Si, quodſi. لَوْلَا *et* لَوْ لَمْ Niſi. *poſt utrumque in altera orationis parte ſequitur particula inſeparabilis* لَ Le utique. *eodem modo* فلو لا Quodſi non; utique. *C.* 2: 61. *uti et* لو لا ان *T.* 102: 14. لو *autem poſt optandi deſiderandive verba notat* ut. *C.* 2: 90. لو لا *etiam i. q.* هلا *Hella*, an non? *C.* 63: 10. *et* cur non? *C.* 4: 79. ولو Etſi, quamvis. *C.* 6: 111.

لَاتَ *cum* ت *paragogico pro* لا *vel* لات حين لبس *ſic in Cor.* Non eſt tempus *huius vel illius rei. Gi. C.* 38: 2. *T.* 406: 4. *n.* اَللَّاتُ, *quod Arabum nonnulli a* لت, *alii a* لاه *vel* لوي *derivant*, Nom. idoli Arabum Tekifenſium. *C.* 53: 19. *vid. Pocock. Spec. H. A.* 894. *Gagn. ad Abulf.* 126. *et Vie de Mahom.* 2. 233. *ſq.*

لَاثَ *Fut.* O, *H. et Aram.* לוש, *vic.* ليث לִישׁ, *in Orig. Convolvendi: ſic pec.* Religavit et adſtrinxit *cidarim circum caput. cca et* علي. *hinc.* لَوْثٌ *Aſt. Convolutio, mox* Tarditas greſſus et linguae. *dein in genere* Languor. Vecordia. *hinc cum paronom.* اللبوث Leonibus *metum incutere* باللوث per ignaviam. *T.* 450: 2. *n.*

لَاحَ *Fut.* O, *H. et Aram.* לוח, *pp. Micuit*, ſplenduit. *et* Apparuit ſtella. *ſic* لاح بن ذكاء ſplendide apparuit filius ſolis, aurora. *H.* 4: 44. *item* ſplenduit *prae nigredine operimentum faciei. H.* 2: 108. *n. in genere* Apparuit *homo. H.* 2: 70. *et* لاح فلاح Affulſit ſalus. *T.* 282: 4. *item* Evidens fuit *demonſtratio. ſic* لايح *T.* II. 300: 2. II. Uſſit *ſol* in facie. 2, Ignitum et candens *quid igne* effecit. *cca et* ب. 3, Lucidam, claram reddidit *rem*, demonſtravit evidenter: *unde* تلويح *Aſt.* Demonſtratio, *uti habet Mſ. T.* 548: 12. لَوْحٌ, *Coll.* الواح, Res lata ac plana *omnis*, *ſive* lignea, *ſive* oſſea. Aſſer. *C.* 54: 13. *item* Tabula. *Gi. pec.* cui inſcriptum quid. *ſic de tabulis Legis. C.* 7: 150. *fig. calami haſtarum duxerunt lineas* في الواح الصدور in tabulis pectorum. *T.* 606: 4. لوح لمحفوظ Tabula cui inſcripta ſunt rerum fata: *ita uti Arabes tradunt; cuique et inſcriptus Coranus. C.* 85: 22. لَوَّاحٌ, *foem.* ة, *Ag.* Conj. II. *ſign.* 2. *et*

et Comburens *carnes hominum tartarus.* C. 74: 29.

لَاذَ *Fut.* O, *cogn.* لاز, לוז, *pp. Flexit, deflexit; hinc* Confugit ad *aliquem. cc.* ب *et* Pro praeſidio, munimento, tegumento, cepit. *Gi. T.* II. 352: 8. لِوَاذٌ *Aſt. C.* 24: 63. مُلَاذٌ Confugium, aſylum. *T.* II. 298: 15. *item* Praeſidium, munimentum. *Ca. T.* 42: 12.

لَامَ *Fut.* O, *pp. i. q.* لأم, לאם, *ſc. Conglutinavit, appegit, impegit, pec. crimen alicui, i. e.* Accuſavit *et* Reprehendit, culpavit, corripuit. *ccap et* على *vel* في *r. Gi. H.* 3: 180. VI. Invicem reprehenderunt culparuntque et accuſarunt. *C.* 68: 30. لَامٌ Litera Alphabeti ل Lam. *Gi. T.* II. 350: 13. لَوْمٌ *Aſt. et* لومة Reprehenſio. *C.* 5: 59. *prius etiam* Culpa. *Gi. T.* II. 120: 11. لَائِمٌ *et* لُوَّامٌ, *foem* ة, Reprehenſor, culpator, accuſator. *Gi. C.* 75: 2. مَلَامٌ *et* ملامة Reprehenſio. *et* Opprobrium. *T.* 172: 13. مَلُومٌ Reprehenſus, correptus: accuſatus. C. 17: 31. مُلِيمٌ Reprehendendus, reprehenſione dignus. *Gi. H.* 6: 262.

لَانَ *Deperditum, vicinum videtur fuiſſe* لين, לין et לון, *pp. Foveri, ſotu calido uti; unde notio* coloris: *et hinc* II. Coloravit: colore ornavit *et* diſtinxit. *cca.* V. *Paſſ. Coni.* I. *fig.* Colorata fuit *hortorum facies velut a perito tinctore. T.* II. 164: 8. *item* Mutavit animi affectum: eoque mutabilis fuit. *Gi. ſic de ſtatu alicuius. H.* 2: 50. *n.* لَوْنٌ, *Coll.* أَلْوَانٌ, Color. *ſic* لون العاشق color amantis *tribuitur nummo. H.* 3: 166. *n. egregie Pellis noctis dicitur* ذو لونين bicolor, *ob ſplendorem lunae nigredini intermixtum, H.* 5: 68. *item* Externa forma. *et* Genus, ſpecies: *quibus, ceu coloribus, res diſtinguuntur. unde* صحاف الالوان Diverſi generis patinae. *H.* 1: 24.

لَوَى *Fut.* I, לוה, Convertit. Incurvavit. Plicuit. Contorſit, *funem, et linguam in teſtimonio dicendo. cca.* C. 3: 72. 2, Obliquavit, obvertit et retroflexit *caput ſuum. cca, vel c* ب. *Ca. T.* II. 394: 3. 3, Inficiatus fuit *quod deberet. cca. C.* 4: 134. 4, Propenſus, inclinatus fuit *ad aliquid. cc* على. *et c* الى *H.* 3: 148. *n.* 5, Curavit *rem. H.* 4: 60. *n.* 6, Expecta-

peſtavit. Diſtulit *alicui debitum ſuum*, et protraxit *ſolvendi* moram. *c c a p. et* علي *r. Gi. ſic et iter faciendi. T.* II. 750: 10. II. *cum Teſdid multitudinis ac intenſionis*, Inflexerunt, obverterunt *capita ſua C.* 63: 5. IV. *i. q.* I. Obvertit ſe *T.* II. 528: 5. *ſpec. prae metu. T.* 478: 1. V. Inflexus, contortus, diſtortus fuit. *ſive* Contorſit, intorſit ſe: *pec. prae dolore. T.* II. 924: 1. *n.* VIII. *i. q.* V. *unde Aſt.* التواء *de haſtis inter ſe permixtis et implicatis. T.* II. 890: 7. *item pec.* Inflexit ſe, rediit, flexit iter. *T.* II. 180: 3. لَيٌّ *pro* لَوْيٌ *Aſt. Coni.* I. *ſign.* 1. *C.* 4: 48. لِوَاءٌ *et* لِوَايٌ Signum, vexillum. *Tradere* لواء منصورا vexillum glorioſum *ſive* Auguſtum; *in ſignum imperii. T.* 338: 1. *n.*

لَاثَ *Fut.* I *et* O, *Aſt.* لَيْثٌ, Retinuit, impedivit: *et* avertit aliquem *ab inſtituto ſuo. Gi. inde* يا لَيْتَ *et* لَيْتَ Utinam. *c c. Subiecto Naſabato, et Praedicato Rafato, vel etiam Naſabato. Gi. T.* 180: 10. *ſic et* ليتني *et* لبنتني Utinam ego. *Ca. C.* 69: 25. *et* يا ليتنا Utinam nos. *C.* 33: 26. *abſolute* ليت *pro* voto et ſtudio *ponitur: ſic non uſu venit* لعل وليت Forte nec utinam, *h. e. neque caſus neque votum. T.* II. 350: 19. *n.*

لَاثَ *Deperditam, H.* לוש, *Aram.* לית *vicinam habuit originem cum* لوث, לוש; *Convolvendi, compingendi: unde, a compactis validisque membris*, لَيْثٌ, *Coll.* لُيُوثٌ, Leo. *fig.* ليث المنايا Leo mortis. *T.* 416: 6. *Intrare* عيصة الليث latibulum leonis, *pro Incurrere omnis generis pericula. H.* 1: 36. هجوم الليث Impetus leonis *pugnanti tribuitur exercitui T.* 46: 9. *ſpec.* Leo *ponitur pro defenſore religionis. T.* 454: 3.

لَيْسَ *Particula negativa, compoſita ex* لا Non, *et* أيس Eſt, exiſtit, *conf. Gol. p.* 2777. *ſq. notat* Non fuit, *vel* non eſt, *aut et ſimpliciter* Non *ſic* ليس منهم Non adeſſe illis. *T.* II. 330: 14. ليس على الشي Nullo niti fundamento. *C.* 2: 107. *Ut particula habet poſt ſe affixa* ليسك Praeter te. *etc. Speciem tamen et Verbi aſſumſit et coniugatur ut contravum ſe, in Praeterito ſolum; non vero tantum in ſecundis Praeteriti perſonis, ut Gol. ſed et in omni-*

nibus. ſic ليست Non eſt. C. 2: 107. لست Non es. C. 4: 96. لستُ Non ſum. H. 4: 40. n. لستم C. 2: 270. etc.

لاق Fut. I, ي. لاق med. ي, Origo in Molli et concinno; hinc, auctore Schol., i. q. لصق وصحب Adhaeſit alicui et aſſociavit ſe. H. 2: 70. n. 2, Convenit, decuit, veſtis, actio, etc. cc ب. T. 120: 6. ita et لايق Decens, aptus, conveniens. Mar. ſic الاستشهادات اللايقة Teſtimonia idonea: uti legend. T. II. 980: 6. لياقة Convenientia, decorum. Praeſtantia in arte. Mar. etiam Dexteritas iudicii et prudentia. T. II. 662: 9.

لال, H. & Aram. ליל et לול, pp. videtur notaſſe Flectere, flectendo inclinare et reclinare: inde لَيْلٌ Coll. لَيْلَةٌ Unit. et in Pl. لَيَالٍ et لَيَائِلُ, Nox. Ca. hinc phraſis ire noctem ſuam. T. 54: 4. in Duali Noctes geminae, pro nocte longiore et horrida. T. 606: 10. ليل etiam notat Nychthemeron. ſic ثلاث ليال tres dies noctesque. T. II. 490: 3. Nox gemino colore praedita, pro ſubluſtri. H. 5: 68. n. Nox expandere velum ſuum dicitur quando tenebras immittit H. 5: 72. fig. ليلة فتية الشباب Nox iunioris adoleſcentiae, i. e. illunis et obſcura H. 4: 8. deponit شبابه iuventutem ſuam, ſ. nigrorem comae H. 4: 10, n. fig. Nox audit leno, uti ſol delator. T. II. 736: 5. Transfertur autem ad omne nigricans et obſcurum. ſic ليل الدجوجي, uti legendum, Nox tenebricoſa, pro capillitio nigro H. 2: 102. n. et pro nigro faciei operimento. H. 2: 108. n. cum قطعا من الليل مظلما parte noctis obſcuriſſima comparatur opprobrium. C. 10: 28. et denſus exercitus. T. 460: 10. n. fig. etiam Difficilis et nodoſa quaeſtio, quae aurora ingenii diſcutitur. H. 6: 206. n. Eſt et الليل Nox Nomen cap. Coran. 92. أَلْيَلُ Forma comp. et ſuperl. formata ex ſubſt. ليل, q. d. Noctoſiſſimum: unde ليل أليل Nox horridiſſima. H. 5: 120. n. inde et formatum Adiect. لَيْلِيٌّ, foem. ة, Nocturnus H. 4: 46.

لان Fut. I, H. לון et לין. Origo in Fovendo, fotu calido recreando, hinc Lenis ac mollis fuit. ſic ſermo tam acutus dicitur ut illi يلين الحديد molleſceret ipſum

ipſum ferrum. *T.* I'. 106: 13. *item* Lenis et placidus fuit. *ſic form. intenſ.* الـبـن *T.* 122: 3. Lenis fuit *erga aliquem cc* ل, *opp. ad* فظ rigidum. *C.* 3: 153. *et opp. ad* خشن aſperum. *H.* 4: 30. III. Lenem blandumque ſe praebuit, leniter placideque et blande *cum aliquo* egit. *ccap. quo ſenſu Act.* مـلاينـة *T.* 406: 2. IV. الان *et* الـبـن *Aliana*, Lenivit, emolivit: *ſic ferrum. C.* 34: 10. *et orationem. H.* 4: 20. لَيْن *et* لَيِّن Lenis, mollis: *de cuspide laevigato. T.* II. 32: 3. *de ſermone. C.* 20: 46. هين لين Facilis, lenis, commodusque: *Ca. unde* بهينك وبينك ſummo tuo commodo. *T.* 364: 10. لِينَة *i. q.* دقل ſpecies palmae: cuius fructus العجوة *dicitur. Gi. C.* 59: 5.

م.

مَ *H. et Aram.* מה *et* מא, *nonnunquam et ſcribitur* م, *ubi alteri Particulae ſubiungitur, ut* الام *Ilâma*, Ad quid? *Gi. H.* 1: 16. *ſic et* فيم علام *etc. notat* Quod. Id quod. Quidquid. *etiam i. q.* شيء, Aliquid. *pec. de re tenui aut vili. C.* 2: 24. *et ita cuiusvis generis et numeri vices explet.* 2, *eſt et particula interrogationis* Quis, *quidnam?* ما لنا Quid nobis *C.* 38: 62. 3, *et Admirationis, ſequente gemino Accuſativo: ut* ما اغزر وبلك Quam copioſus imber tuus! *H.* 3: 174. 4, *notat et* Quoad, quantum quamdiu. *T.* 504: 1. 5. *eſt et Negativa*, Non. *C.* 2: 129. Nihil: *ſic* ما الدهر الا ساعة Fortunae ſeculum nil niſi momentum. *T.* 542: 12. 6, *ſaepe redundat in fine, quando compoſitioni inſervit: ut* اما Si, quodſi. اذما Utique. اذا ما *i. q.* اذا, Quum. *Gi. hinc et* كما Sicuti. كلما Quotiescunque. *Gi. etc.*

مَأَقَ *Fut.* A, Cum ſingultu quaſi et cum anguſtia ſpiritum emiſit e pectore: *uti plorabundus puer facit.* مُوق, *Coll.* أمآق *et* آماق, Hirquus ſeu angulus *oculi* interior, reſpiciens naſum: *uti* لحاظ qui ad tempora vergit. *Gi. ſic* اماقيهم *legit uterque Cod. Scheid. H.* 5: 108. *fig. Lacrymae fontium receſſerant* في اماق الغروب in angulis ſcaturiginum. *T.* II. 480: 10.

مَأَنَ *Fut.* A, *H. et Ar.* מאן *pp.*, *ut videtur*, Gravis fuit; *hinc de onere, ſarcina, ſimilibusve: unde*

unde propagata notio: Portavit ſubvexitve onera et commeatum *aliis. ccap.* مَئُونَةٌ *et* مَؤُونَةٌ *i. q.* عدل *et* خرج. *Gi.* Hippopera, ſarcina, onus. *quod, uti apud Syros, dein pro* moleſtia et noxa onerosa. *T.* 600: 1. *ubi Mſſ. vel* مونة *vel* موونة *habent.*

مَأَى *Fut.* I, Extendit, dilatavit. *cca.* مَائَةٌ *et* مِئَةٌ, מֵאָה, Centum. مائتان Ducenti. *C.* 8: 66.

مَتَعَ *Fut.* A, Prolongavit, extendit. *cca.* 2, Utilitatem fructumve cepit, fruitus fuit. *cc* ب. II. Frui permiſit, conceſſit: largitus fuit. copiam fecit. *ccap et* ب *r. C.* 43: 28. V. *i. q.* I. *ſign.* 2. *et* oblectavit ſe, deliciatus fuit. *unde Aſt.* تمتع Oblectatio. *T.* II. 420: 18. *pec.* 2, Commoratus fuit ſubſtititque in ſolennibus feſti Meccani, *ſeu* عمرة *omratan* peregit. *C.* 2: 191. *mox in genere* Commoratus fuit *in loco. C.* 11: 68. X. *i. q.* V. *ſign.* 1. *C.* 6: 128. مَتَاعٌ, *Coll.* أَمْتِعَةٌ, Merx. ſupellex. Utenſile, quo quis utitur. *T.* 634: 13. *et* Fructus qui ex re percipitur, commodum. *Gi. C.* 7: 23. *pec.* vile quid. *C.* 13: 26.

مَتُنَ *H. et Aram.* מתן, *Aſt.* مَتُونَ, Firmus, ſolidus *et* ſtabilis ac conſtans fuit. *inde part.* متين Firmus, ſolidus: *de dolo. C.* 68: 45. *pec. de conſilio. T.* 226: 7. *ſic et form. intenſ.* امتن Admodum firmum, ſolidum *conſilium. T.* 172: 7. *porro ipſum Verbum* 2, *med. Phat.* Subſtitit *aliquo loco cc* ب *Ca. unde Aſt.* متون *peculiari ſenſu de* textu, *opp. ad Scholia. T.* II. 968: 5. مَتْنٌ Latus unum dorſi, lumbi. *Gi. et in genere* Medium rei. *ſic.* متن الدهر Dorſum fluminis. *T.* 218: 17. *fig. Equitare* متن الطريق dorſum viae. *T.* II. 596: 2.

مَتَى *pp.* Extendit *funem. cca. unde, ab extenſione & prorogatione temporis,* مَتَى *H.* מתי *Aram.* אמתי, Quando? *C.* 2. 209. الى متى *et* حتى متى Quo usque? Quamdiu? *T.* II. 470: 1. *item* متى *non interrogationem ſed conditionem infert,* ſi quando, *ſequente* ف. *T.* 378: 1.

مَثَلَ *H. et Ch.* משל, *etiam Ch. et Syr.* מתל, *pp. Preſſit, expreſſit, figuravit: hinc* Similis fuit, retulit *alterum. cca.* 2, Exemplum *in aliquo* ſtatuit: *uti* publice circumducendo *vel* punien-

niendo; *pec.* amputata aure et naſo. *cc* ب *p. et in genere* exemplum crudelitatis. *T.* 252: 2. 3, مثل بين يديه Erectus conſtitit, ſeque ſtitit *coram aliquo: uti ſit obſequii ergo. T.* 498: 15. V. *idem. T.* 58: 16. *et tali modo* conſtituit *alterum. cca. T.* 354: 2. *item* 2, Simile quid fecit *rei alteri*, imitatus fuit. *cc* ب, *vel ca. ſic* Imitatus fuit *hominem*, ſe *ut hominem* geſſit, *angelus. C.* 17: 19. VI. *i. q.* I. *ſign.* 1. *uti in part.* متباين *T.* II. 326: 11. VIII. Efformavit, expreſſumve habuit. *cca. Ca. ſic* Delineavit *regionem. T.* II. 314: 7. *item* Obſecutus fuit, morem geſſit, imperata fecit. *T.* II. 288: 2. *ſic et* ممتثلي *videtur legendum T.* 222: 8. مثل Similitudo. *et* Similis, par. *C.* 5: 96. *inde Adverb.* مثلا Sicuti, inſtar. *H.* 5: 82. *etiam peculiari uſu* Alterum tantum, *adiecit, dedit etc. C.* 21: 84. *item abſolute* Verbi gratia *T.* II. 948: 4. مَثَل, *Coll.* أَمْثَال *i. q. praec.* Similis. *T.* 358: 2. *et* ſimilitudo. Forma *rei C.* 2: 16. *item* Parabola. *C.* 14: 30. Paroemia, adagium: proverbium. ſententia, gnome. *Gi. ſic* مثل ساير Proverbium vadens, *pro celebratisſimo. H.* 5: 94. *n.* مِثَال Exemplar, exemplum. Forma. Deſcriptio. *T.* II. 318: 1. مُثُول *Act. ſign.* 3. *T.* II. 854: 11. مُثْلَة *Act. ſign.* 2, *et* Exemplum, quod ſtatuitur. *Gi. C.* 13: 7. مَثَالَة *Act. ſign.* 3. *fig. T.* II. 366: 5. أَمْثَل, *foem.* مُثْلَى *Coll.* اماثل, *forma intenſ.* Exemplo laudis conſpicuus, praeſtantiſſimus. *et abſol.* اماثل Proceres, Optimates. *Gi. T.* 202: 4. تِمْثَال Deſcriptio, delineatio. *T.* II. 318: 2. *et cum* ت *Kesr Coll* تماثيل, Imago, effigies, icon. *Gi. C.* 34: 12.

مَجَّ *Fut.* O, *Origo in Fluxu; hinc pec.* Ejecit *vinum vel ſalivam ex ore. cca et* من *item* Reſpuit *aliquem*, averſatus fuit. *T.* 306: 8. مُجَاجَة Saliva quae ex ore manat *et in genere* Expreſſus ſuccus *rei. Gi. ita* Lacrymae; *ſeu* id quod ex oculis et naſo fluit inter plorandum. *H.* 1: 30. *n.*

مَجَدَ *Fut.* O, *H et Aram.* מגד, *Or. in Succo turgido: unde translate* Superavit *alium* gloria. *ccap.* مَجْد *Act. et, Coll.*

Coll. امجان, *ipſa* Gloria. honos. *T.* 18: 14. مُمَجَّد, Gloria et honore conſpicuus *vir. eſt epitheton Dei. C.* 11: 76. *et Corani. C.* 50: 1.

مُجِّس, *in* II. مجّس Magum effecit. *notione ducta a* مَجُوس, *Coll.* Magi, qui ignem adorant. *Gi. C.* 22: 17. *conf. citt. a Caſt. et Hyde Hiſt. rel. Perſ. inde* مَجُوسي Magus unus. *opp.* τῷ مسلم *T.* 478: 13.

مُجِن *H. et Aram.* מגן *pp. Fudit effudit; hinc translate Profuſus fuit*, Non curavit quid diceret faceretve. *alio flexu* مَجَان *et* مجانة *Act. et* Lapſus effuſus: Temeritas. *T.* 46: 1. *ubi tamen Mang. aliam. lect.* مجانّ *praefert in add.*

مُحِش *Fut.* A, Uſſit, uſtulavit, igne *cutem. cca.* VIII. *Paſſ. item* Incenſus fuit exarſitque *ira. cca. Gi. pec. in bello: unde* امتحاش Vehementia pugnae. *T.* 610: 4.

مُحَص *Fut.* A, *vic* مَحص, محص *etc. in Orig. Quatiendi; pec. de animali terram pede concutiente: hinc Concuſſit, agitavit, mox* A ſordibus purgavit, purificavit, *aurum igne. cca et* ب *Gi.* II. Probavit, experimento probatum reddidit. *C.* 3: 135.

مُخَض, *Act.* مَخْض, *Fut.* A, *vic. praec.* مخص *et H.* מחץ, *pp.* Quaſſit, concuſſit, conquaſſavit. *Gigg. ſic* Agitavit *quaeſtionem. T.* II. 816: 4. *v. n.*

مُحَق *Fut.* A, *H. et Ar.* מחק, *pp. Raſit, terſit; hinc* Abolevit: delevit. *cca. C.* 3: 135. *et pec.* 2, Benedictione privavit deſtituitve *Deus. cca. C.* 2: 277.

مُحَك, *et med. Kesr. Fut.* A, *forte vic.* حك *in Orig. Fricandi: unde Obſtrigillavit*, Rixatus fuit. *Gi. hinc* مُمَحِّك, Rixoſus, rixator. obſtrigillator: τῷ سمح liberali. *H.* 6: 234. *v. n.*

مُحَل *pp. Vertere, vertendo plicare: hinc, quaſi verſutum dicas*, Dolum et inſidias ſtruxit. *Mar. alio flexu* 2, *med. Damm.*, *a complicatis et in ſe inverſis foliis plantisque areſcentibus*, ſterilis ex pluviae inopia fuit *terra, annus.* III. *i. q.* قاوي *et* عادي, *ccap. Ca.* مُماحِل *part. ſign.* 1. Delator: ſycophanta. *et ſign.* 2. Sterilis *ob pluviae inopiam regio. hinc* Avarus, in quo nihil boni. *H.* 6: 232. *n.* مِحَال *Act. Coni.* III.

Induſtria qua quid intenditur. Potentia; robur. *C.* 13: 14.

مَحَنَ *Fut.* A, *Cogn. H.* מחן, *pp. Trivit ac laevigavit; inde trivit ad coticulam, mox in genere* Tentavit, experimento probavit *aliquem. cca.* VIII. *Idem. Gi. fig. Concitare* نقّع الامتحان pulverem experimenti capiendi. *H.* 6: 202. *dein* Aperuit *Deus* et dilatavit *corda eorum, quae probaverat antea. cca. Ca. C.* 49: 3. *inde* مُمْتَحَنَة Probata, *eſt Nom. Cap. Coran.* 60. مِحْنَة, *Coll.* مِحَن, Res qua tentatur ſeu probatur homo: *praeſertim* Afflictio, calamitas. *Gi. T.* II. 658: 10.

مَحَا *Fut.* O *et* A, *et* مَحَى *Fut.* I, *H.* מחה *et Ch.* מחא, *pp. Terſit: pec.* Delevit, *et* delendo vacuam raſamve reddidit *tabulam ſuam. cca. tam in bonam partem; uti* delere *ſigna inimicitiae T.* I. 588: 6. *quam praeſertim in malam:* Delevit, obliteravit, *veſtigia alicuius, illum funditus exſtirpavit T.* 78: 14. *et veſtigia urbis T.* 326: 7. *quod et abſolute* Delere urbem, *h. e. eam exterſam everſamque dare. T.* 108: 7. Delevit *ſignum noctis, eſt tenebras diſperſit: C.* 17: 13. VII. *Paſſ. ſign.* 1. *ſic* Deterſum fuit *lingua ignis quid quid ſcriptum erat ſuper tabula. T.* II. 132: 13. مَحْوٌ *et* مَحْيٌ *Act., prius* τοῦ محا, *poſterius* τοῦ محي *Gi. pec. adbibentur de* raſura ab imbre facta. *Gi. ſic Delere veſtigia alicuius* محو الحيا نقش المسطور prout pluvia delet exarationem ductuum in pulvere. *T.* II. 498: 3.

مَخَرَ *Fut.* A *et* O, *H.* מחר, *pp. Fidit: pec.* Lata per mare fuit *navis, vel* cum ſono ſulcavit illud. *Gi. fig.* مخر البحر Findere iugulum *maris cymbis ſuis. T.* II. 644: 9. *et* Sulcavit *corpus eius ira. T.* II. 72: 15. *inde* ماخر *part., foem.* ة, *Coll.* مواخر, Mare ſulcans *navis. Gi. C.* 16: 14.

مَالَ *Fut.* I, *Act.* مَيْلٌ, Inclinavit, propendit *ramus in humum. T.* II. 426: 10. *item* propenſus fuit, *ad aliquid homo. cc* الى. *ad ſapientiam T.* II. 996: 6. *pec. amore ad aliquem. C.* 4: 128. *et alio flexu* Inclinavit, impetum *in aliquem* fecit. *cc* على *C.* 4: 103. *item* Declinavit, deflexit, *a iuſto et vero. cc* عن *Gi. C.* 4: 32. IV. Fecit ut inclinaret. *ccap et* الى *r. fig. T.* 514. 1. *pec. uſu* Inclinavit *pronuntiandam litteram, h. e.* tenuiore *ſive* leniore ſono *eam* extulit: *oppoſ.* τῷ فخم *T.* II. 914: 4. VI. De latere in latus inclinavit, *ſeu* ita movit ſe *in inceſſu*, ſuperbientis more. *cc* في *Gi. ſic* متمايل, *T.* II. 732: 6. X. Propenſum reddidit aut reddere ſtuduit: conciliavit *aliquem* ſibi. *ccap, vel cor animumve eius. cc* ب. *vel et cca, ut* خواطر *T.* 402: 2. مَيْلٌ *Act.* Declinatio. *etiam* Impetus. *unde* ميلة *Nom. Unit.* Impetus *unus. C.* 4: 103. مِيلٌ *Aram.* מיל, Milliare, intervallum mille paſſuum. *T.* II. 404: 1. مَائِلٌ Inclinans: deflectens. *ſic pro* طالما مدي *legendum e Mſ.* طالما ماوة صنت مايلا Nimis diu opes aſſervaſti delinquens. *T.* II. 671: 10. *ubi ſequentia* لكن الله لا تفعل *vertenda*: Ita Deus tibi faveat, ne facias.

مَانَ *Fut.* I, *H.* מון *et* מין, *pp.* Scidit, Sulcavit *terram* ad conſerendum. *Gi. dein* 2, *Scindendo ſculpſit, figuravit; et tranſlate* Mentitus fuit. *H.* 4: 58. *v. n. unde* مَيْنٌ Mendacium: *oppoſ.* τῷ صدق *T.* 192: 10.

ن

ن *Litera* Nun; *incerto, ſi ullo, ſenſu Nomen eſt capitis Coran.* 68. *vide Marrac. et Sale.*

نَأَي *Fut.* A, *H. et Ch.* נאה, *vic.* نوي *in Orig. Tendendi; hinc tendendo alior ſum* Reliquit *aliquem*, diſceſſit *ab eo. ccap. H.* 4: 62. *vel c* عن *p. C.* 6: 26. IV. *Tranſ.* Procul abduxit *aliquem. H.* 1: 2. نَأْي, *Perſicum* نَاي, Arundo, fiſtula; *inſtrumentum Muſicum. T.* 512: 8.

نَبَّ *Fut.* I, *H. et Rabb.* נבב, *pp.* *Tumuit, hinc* Mutivit, fremuit, *caper libidinoſus. Gi. dein cum tumore dilatatus fuit, unde notio vacui et cavi; et hinc* أُنْبُوبٌ (*unde dictae* Ambubaiae *apud Horat. et Suet. coll Syr.* אבוב *notione fiſtulae.*) Internodium *arundinis vel cannae haſtaeve. Gi. ita dictum quia in illo interſtitio arundinis ubi nodus eſt cavitas eius incipit. inde Adag. Canna non creſcit niſi* انبوبا فانبوبا per internodia; articulatim. *T.* 18: 15.

نَبَأَ *Fut.* A, *H. et Aram.* נבא, *pp. Protuberavit, prominuit;* Editus, elatus fuit. *Ca.* 2, *Tranſ.* Adduxit, produxit *aliquid terra. cc* ب. *T.* II. 426: 9. *et hinc* 3, *i. q.* اخبر, Annunciavit. *T.* 8: 5. II. *idem: unde* تنبيئة Hiſtoria. *T.* 8: 15. *dein pec. i. q.* נבא, Prophetavit. *C.* 3: 13. IV. *i. q.* II. *ccga. H.* 6: 184. X. Sciſcitatus fuit, inquiſivit *in nuncium. cca. Ca. C.* 10: 54. نَبَأٌ, *Coll.* أَنْبَاءٌ, Nuncius, quod nunciatur. *Gi. T.* 234: 12. *Spec.* النبأ العظيم Nuncius magnus, *pro die reſurrectionis. quo ſenſu* النبأ *eſt Nom. cap. Coran.* 78. نَبِيٌّ, *Coll.* أَنْبِيَاءٌ, Propheta. *Gi Nomen cap. Coran.* 21. سيد الانبياء princeps prophetarum *dicitur Mohammed. T.* 498: 10. *n.* النبي في امته Propheta in patria ſua; *Prov. in hominem contemtum. T.* II. 564: 2. نُبُوَّةٌ Prophetia. *Gi. C.* 29: 26. نَبْأَةٌ Vox occulta et ſubmiſſa. *Gi.* ut vox *canum*, latratus, *etc. Ca. H.* 5: 72. *n.*

نَبَتَ *Fut.* O, *pp. Turſit; hinc* Plantas ſeu germina protulit *tellus. et* enatum fuit, germinavit, crevit, *olus. ſic canna T.* 18: 15. *et in genere* Apparuit *homo. T.* II. 24: 3. IV. *i. q.* I. *ſign.* 1. *C.* 2: 58. *item* Fecit *Deus*

Deus ut pullularet creſceretve. *C.* 37: 146 نَبَاتٌ *Act. item* Germen. *ſic de prole humana C.* 3: 32. *pec.* Planta: res vegetabilis; *Spec.* herba. *Gi. C.* 10: 25. *quo ſenſu et* نباتة *T.* II. 414: 7. مَنْبِتٌ Locus ubi proveniunt germinantve plantae. *Gi. fig.* منبت شعبتي Locus ubi ramus meus germinavit, *i. e. patria. H.* 2: 74.

نَبَحَ *Fut.* A *et.* I, *Verbum* ὀνοματοπ. *H. et Ar.* נבח, Latravit *canis.* X. Latrare iuſſit, *ſive* ad latrandum commovit, provocavit *canem. cca. Gi. ex more viatorum Arabum, in deſertis noctu latratum imitantium, ut canes relatrando hoſpitia indicent. H.* 5: 72. *vide ſchol.*

نَبَذَ *Fut.* I, *Act.* نَبْذٌ, Proiecit e manu *rem. H.* 3: 158. *et in genere* Abiecit, reiecit. *cca. ſic foedus. C.* 2: 94. *item* Miſſam fecit, neglexit *rem. T.* 302: 8. نبذ وراء ظهره Reliquit *exercitum* poſt tergum ſuum. *T.* II. 734: 5. III. Proiecit alter ad alterum. *dein* 2, Apertum cum eo geſſit bellum. *ccga. Gi. ita Act.* منابذة *T.* II. 98: 3. VIII. Receſſit et digreſſus eſt ab adverſario in pugna. *mox in genere* Receſſit ad latus. *Gi.* ſeceſſit *ab aliquo ad locum ccal. et* عن *p. C.* 19: 16. نَبِيذٌ Vinum ex dactylis confectum. *Gi. etiam* ex uvis paſſis. *Ar. H.* 1: 34. نُبْذَةٌ Pars, aliquid: levis perceptio *nuntii. cc.* عن *Ca.* Brevis deſcriptio *hiſtoriae, ſive eius* particula. *cc* عن *T.* II. 296: 1.

نَبَرَ *Fut.* I, *Aram.* נבר, *Origo in Tumendo; hinc* Accrevit et adolevit *puer. et* 2, *Tranſ.* Elevavit, extulit *rem. cca. inde* مِنْبَرٌ, *Coll.* مَنَابِرُ, Locus elatior, ſuggeſtus. *Gi. fig. T.* II. 548: 3.

نَبَزَ *Fut.* I, Cognominavit: *pec.* contumelioſe; convitiatus fuit. *ccap. etiam cc* ب *T.* II. 92: 5. VI. ſibi mutuo cognomina dederunt et convitiati ſunt. *Gi. C.* 49: 11.

نَبَشَ *Fut.* O, *Act.* نَبْشٌ, Effodit, refodit *cadaver. cca. Ca. dein* Retexit quod tectum erat aut conditum: *ut quod ſub terra latet; opes. T.* 636: 8.

نَبَضَ *Fut.* I, *Act.* نَبْضٌ, *Cogn. H. et Ch.* נבט *in Orig. Motus tremuli; hinc* Tremuit *ſcapula alicuius, i. e. metu fuit attonitus. H.* 1: 36. *item pec* 2, Mota eſt et pulſavit *arteria. Gi.*

unde جس النبض Venarum alicuius pulſum attingere, *phraſi etiam Belgis uſitata, notat Mentem eius explorare. T.* 316: 5. 3, *Tranſ.* Attractum *in arcu* nervum ita remiſit, ut ſonum tinnitumve ederet. *cc* في. *unde* نابض Iaculator. *H.* 6: 186.

نَبَطَ *Fut.* I *et* O, Scaturivit, emanavit *aqua.* X. Elicuit *aquam. tranſlate* Eduxit ac elicuit *reſponſum. H.* 5: 148. *Spec.* Elicuit eduxitve ingenio et labore ſcientiam. *C.* 4: 85. *et verſus. H.* 3: 148. *n.*

نَبَعَ *Fut.* A, O *et* I, *vic.* نبط, *H. et Ar.* נבע, Scaturivit e fonte *aqua. Gi. vel* e copioſo rivulo prorupit. *Ca. T.* 502: 11. *et fig. e regione* prodiit *homo. T.* 266: 5. *niſi forte legendum ſit* نبغ. نَبْعٌ *Coll. et* نَبْعَةٌ *Unit.* Arboris montanae ſpecies, e qua arcus et ſagittae parari ſolent. *Gi. fig. T.* II. 224: 2. يَنْبُوعٌ, *Coll.* يَنَابِيعُ, Fons aquae et ſcatebrae: ſcaturigo. *Gi. C.* 17: 92. *fig. ex* ينبوع القضاء ſcaturigine decreti divini *fluunt fluctus temporum. T.* 6: 2. ينبوع الريح Scaturigo venti *dicitur locus frigidiſſimus. T.* II. 566: 7. مَنْبَعٌ *Idem. hinc tranſlate* Scaturigo ſubſidens, *pro opulentia et munificentia exhauſta. H.* 3: 132. *n.*

نَبَغَ *Fut.* A, O, I, *vicinae Originis cum* نبع; *hinc* Apparuit, manifeſta evaſit *res. Gi. item* ſe manifeſtavit, prodiit *homo. T.* II. 188: 10.

نَبَلَ *Fut.* O, *H. et Ch.* נבל, *pp. Marcuit, marcore contractus fuit et exaruit; unde ſagittae nomen: et hinc ipſum Verbum.* Iaculatus fuit: petivit *aliquem* ſagittis. *ccap.* 2, Superavit *alium* ſagittis, earumve praeſtantia. *dein in genere* 3, Excelluit, praeſtitit, *pec.* ſolertia, ingenio. *et* Generoſa indole fuit. *Gi.* نَبْلٌ, *Coll.* نُبُلٌ *et* نِبَالٌ, Sagitta. *ſic* نبال السحارة Sagittae faſcinatrices. *T.* II. 348: 7. *fig.* مشاريط النبال Scalpella ſagittarum *etc. T.* 606: 7. *celebrantur autem* نبل الخلنجي Sagittae Chelangicae. *T.* 468: 5. نَابِلٌ *Ag.* Iaculator. *T.* 368: 4. *etiam* Sagitta. *T.* 466: 9. نَبَّالٌ Qui habet aut parat ſagittas. *Gi. Ca. etiam* Sagittandi peritus. *T.* 386: 5. نَبِيلٌ, *Coll.*

Coll. نُبَلَاءُ, Praeſtans, excellens, ſolers: ingenioſus. | et Generoſus. *Ca. T.* 350: 8. نُبَالَةٌ *Act. ſign.* 3. *T.* II. 664: 12.

نَبِهَ, *Act.* نَبَاهَةٌ, Recordatus fuit *rei*, *pcc.* poſtquam e memoria exciderat. *inde* 2, *med. Damm. ſenſu Paſſ.* Nobilis et inclytus fuit. *Gi. hinc* ذو النباهة vir nobilis. *T.* II. 512: 5. II. *Tranſ. ſign.* 1. Expergefecit *e ſomno. ccap et* من *r. T.* 564: 12. *fig.* نبهت فكري Expergefeci ingenium meum, *dormitans quaſi et in officio ceſſans: uti Cod. Scheid. in* II. *pro* I. *legit H.* 6: 220. *mox* Excitavit, commonefecit: providumque effecit, edocuit. *ccap et* على *r. T.* II. 210: 14. V. Evigilavit e ſomno. *cc.* من *T.* II. 596: 5. VIII. *Idem. H.* 6: 278. نَبِيهٌ Clarus et celebris, nobilis *vir. T.* II. 402: 5.

نَبَا *Fut.* O, *vic.* نَبْوًا, *H.* נבה, *pp. Protuberavit; hinc, quaſi convexus,* Retuſus fuit ab ictu *enſis. cc* عن. 2, Ex plana et molli inconveniens, dura, incommoda evaſit *manſio, lectus. cc* ب *p. H.* 3: 132. *n. et hinc* 3, Aſpera, dura fuit *alicuius indoles. H.* 6: 264. *n. inde et* نَبْوَةٌ *Act.* Aſperitas indolis et morum. *H.* 6: 276.

نَتَجَ Foetum enixa fuit *camela, etc. Gi. item* Enata, orta fuit *ex ſemine radix arboris. fig. T.* 244: 9. *inde in part.* ناتج, *foem.* ة, *Coll.* نواتج, *ut* مواش نواتج, Pecora foecunda. *T.* II. 218: 3. IV. *i. q.* I. *ſign.* 1. *et tranſlate* Concluſit, concluſionem formavit, *ingenium. T.* II. 346: 6. نِتَاجٌ, *Act. et ipſa* Foetura ac partus. *Ca. ſic in Prov.* نتاج مرام Foetus deſiderii *ex ſterili tempore. T.* II. 356: 1. نَتِيجَةٌ, *Coll.* نتايج, Foetura. ſoboles: foetus. *ita ingenii. T.* II. 120: 13. *et in genere i. q.* فايدة Fructus, effectus *rei. T.* II. 738: 9.

نَتَفَ *Fut.* I, Evulſit *pilos, villos, plumas. cca. Gi. T.* II. 906: 9. نُتْفَةٌ, *Coll.* نُتَفٌ, Quod digitis evellitur, *ut herba, etc. Gi. item, iunctum cum* تحف, Donum, munus. *T.* II. 106: 11.

نَتَقَ *Fut.* O, *H. et Ch.* נתק, Commovit, quaſſit, ſuccuſſit *montes Deus. C.* 7: 170. *et T.* II. 450: 12.

نتن

نَتَنَ *Fut.* I, *Act.* نَتْنٌ, Foetuit, male oluit. *Gi. unde Act.* نتن Foetor. *Gi. T.* 644: 13.

نَثَّ *Fut.* O *et* I. *pp.* Humore ſudavit, perfluxit, *uter. Gi.* 2, *Tranſ.* Perfluere, emanare fecit; Eliminavit, divulgavit, *dictum factumve. c c a. Gi. tum in malum, tum in bonum et laudem. H.* 5: 86. *n.*

نَثَرَ *Fut.* O *et* I, Sparſit *c c a. Gi. translate* Spargere gemmas ſermonis, *i. e. elegantisſima verba proferre T.* 446: 5. *item* Diſperſit. *ſic* منثور *de* margaritis non conſertis in lineam, diſperſis. *C.* 76: 19. *hinc phraſis* Diſpergere margaritas lineae alicuius. *T.* II. 190: 14. VIII. *Paſſ Conj.* I. Diſperſus fuit, *de ſtellis die iudicii C.* 82: 2. *qui locus transfertur ad Sparſionem telorum ſuper caput hoſtile. T.* 132: 14. نَثْرٌ, نِثَارٌ *et* نَثْرَةٌ *Act.* Diſperſio. *ſic opp. ad* منتظمة conſertam *coronam. T.* II. 240: 12. *dein tranſlate* نثر, *oppoſ.* نظم, Oratio ſoluta, proſa. *et* النثرة Duae exiguae ſtellae quae et Naſus Leonis dicuntur: *et, ſignatum iis,* Octavum domicilium Lunae. *Gi vide Alferg. ſic iunguntur* بدر النثرة Luna ſiderea, *et* بدر النثر Luna ſolutae orationis *H.* 5: 105. *n.*

نَثَلَ *Fut.* O, *H.* נשל, Extraxit: *pec.* Sagittas exemit *e pharetra:* iisve vacuavit. *c c a. Gi. H.* 6: 288. *n. fig. Sagittas e pharetra tyrannidis. T.* 208: 5.

نَجَبَ *Fut.* I *et* O, *H. et Ar.* נגב, *pp.* Decorticavit *arborem. c c a. dein intranſ. med. Damm. ſenſu Metaph.* Egregius, nobilis et generoſus fuit. IV. Praeſtantem et generoſum reddidit: *unde part. paſſ.* منجب Generoſus *equus. T.* 362: 9. VIII. *i q.* I. *ſign.* 1. *item* Elegit, ſelegit. *c c a. hinc* منتجب *i. q.* منتخب Electus, ſelectus. *T.* II. 530: 6. نَجِيبٌ, *Coll.* نُجَبَاءُ, Generoſus, egregius, laudatus, *et* honorabilis. *H.* 5: 168. *v. n. pec.* Strenuus in pugna. *H.* 6: 200. *item* نجيبة, *Coll.* نجايب, Praeſtans et nobilis *camelus. Gi. T.* 222: 10. *et equus. T.* II. 32: 10. نَجَابَةٌ *Act.* Generoſitas, nobilitas, *Gi. T.* 144: 9. مُنْجَابٌ, Decorticatus. *hinc* Debilis *nubes. fig. T.* II. 708: 4.

نَجَجَ

نَجِحَ *Fut.* A, Proſpere evenit *res. ſic part.* ناجح *T.* 342: 3. IV. Proſpero ſucceſſu uſus fuit: voti compos evaſit. *T.* 330: 3. *item Tranſ.* Proſperavit, bene vertit, feliciter evenire ſivit, *Deus. cc* ل *p et a r. Ca. T.* 174: 5. X. Se voti compotem exiſtimavit. *T.* II. 570: 10. نُجْحٌ *et* نَجَاحٌ Felix ſucceſſus. *H.* 3: 150.

نَجَدَ *Fut.* O, *H. et Ar.* נגד, *pp. Traxit, protraxit. pec. in lucem; unde* Manifeſta ac clara fuit *res. Ca. et* 2, Superavit, vicit. *ccap. Gi. T.* 350: 8. *dein* 3, Adiuvit, opem tulit: defendit. *ccap. T.* 436: 4. X. Opem rogavit, adiutorem defenſoremque expetivit. *ccap et* علي *r. T.* 570: 5. نَجْدٌ *Act. et Coll.* انجاد, Terra eminentior: mons, *oppoſ.* غور *T.* 486: 4. *etiam* Via aperta ac alta, ſurſumque vergens. *C.* 90: 10. نِجَادٌ, Balteus de quo gladius ſuſpenditur. *Gi. hinc* طويل النجاد Procerus *homo. T.* III. 780: 3. *n.* نَجِيدٌ *et* نَجْدِيٌّ Strenuus, animoſus. *T.* 68: 4. نَجْدَةٌ *Act.* Animoſitas: fortitudo. *T.* 70: 12.

نَاجِذٌ Vehementer momordit dentibus genuinis. *cca. notione ducta a* نَاجِذٌ Dens genuinus, *qui et* ſapientiae *dicitur: quod adulta demum aetate prodit. utrinque tales bini, molarium extremi. et in genere* Dens molaris. *Gi. fig. Malum dicitur* ابدي ناجذيه molares alicui dentes nudare, *quum experimenta cum faciunt ſapientem. T.* 580: 1.

نَجَرَ *Cb. et Syr.* נגר, Aſciavit *lignum faber lignarius. cca. inde notio trunci, ſtirpis, et tranſlate, generis. et hinc* نِجَارٌ Radix, ſtirps, origo. *ſic iungi amant* نجار *et* وجار ſtirps *et* nidus *hominis, pro ſede patria. H.* 6: 256. *v. n. et T.* 194: 4. نَجَّارٌ Faber lignarius. *qualis Natura audit T.* II. 202: 6.

نَجَزَ *Fut.* O, Confecit *negotium, promiſſum. cca. Gi. T.* 404: 5. *hinc pec.* 2, *Med. Keſr.* Praeſens ac promtus fuit in promtu fuit. *ſic* ناجز Praeſens, promtus. *T.* 20: 3. II. *i. q. Conj.* I. *ſign.* 1. *T.* II. 320: 1. *mox peculiari uſu* نجز امره Abſolvit res ejus, *pro iuſta funebria peregit. T.* II. 544: 1. *n.* III. Ad

pugnam ſe accinxit, deſcendit in arenam. *unde Act.* مناجزة *T.* II. 596: 10. IV. Satisfecit *promiſſis*, complevit *ea. cca. H.* 3: 158. *et in genere* Expedivit *rem. uti part.* منجز Expeditus promtus *ad aliquid peragendum. T.* 122: 1. *ſic et* V. Promte proſpereque expedivit *rem. cca. Gi. T.* II. 112: 2. VI. Dimicarunt inter ſe ac conflixerunt. *T.* II. 496: 6.

نَجِسَ, *etiam* نَجُسَ, Impurus ac ſpurcus fuit. V. *Paſſ.* Pollutus fuit: *ſeu notione reciproca* Polluit ſe *aliqua re cc* ب *T.* 298: 2. نَجْسٌ, *Coll.* انجاس, Impurus, ſpurcus. *Ca. T.* 580: 5. نَجَسٌ *et* نَجَاسَةٌ Impuritas, ſordes. *Ca. C.* 9: 28. نَجِسٌ *et* نَجِيسٌ, *foem.* ة, Impurus, immundus: ſpurcus. *Gi. T.* II. 170: 3.

نَجَشَ *Fut.* O, Excitavit, agitavit, *feram, praedam, pec.* venandi ergo. *cca. huc a nonnullis refertur* أَلنَّجَاشِيّ *titulus quo inſignitur quivis* Rex Habaſſinorum ſeu Aethiopum qui circa Aegyptum. *Gi. T.* 494: 8. *Coll. Gagn. not. ad Abulfed. p.* 24.

نَجَعَ *Fut.* O et I, *H. et Ch.* נגע *Or. in Feriendo, percutiendo; unde, tranſlate ad manducationem et digeſtionem ciborum*, Bene profecit ceſſitque edenti *cibus. Gi. alio flexu*, Feriit; Efficaciam ſeu effectum habuit *oratio, exhortatio. cc* في *Gi. T.* 544: 3. *porro feriendi notio dedit aliam Miſcendi, pec. aquam farina, etc. unde* نَجِيعٌ Miſcella talis. *item* Cruor: ſubnigricans ſanguis, *et quidem proprie* interioris corporis. *Gi. fig. dictus* نجيع السوالف Sanguis gladiorum. *T.* 394: 9.

نَجَلَ *Fut.* I, *H.* נגל, *pp.* Confodit: fidit; *pec.* lato vulnere ſeu patentiore fiſſura confodit *aliquem.* مِنْجَلٌ, *Coll.* مناجل, *H.* מגל, Falx meſſoria. *item* Amplum vulnus infligens *cuſpis. Gi. fig. T.* 176: 10.

نَجَمَ *Fut.* O, *pp. Micuit, emicuit; hinc* Orta fuit *ſtella. item* Apparuit, conſpicua fuit *res. ſic ſimultas antea abſcondita* منخفيه *T.* 418: 13. II. *notione a* نجم ſtella *ducta*, Certo tempore conſtituit ac definivit quid ex ſiderum aſpectu. *unde* منجم Aſtronomus, *et* aſtrologus. *T.* II. 798: 9. مُنَجِّم, *Coll.*

Coll. نُجُوم *et* أَنْجُم, Stella, ſidus. *ſic* ſtellae *indicia viarum. C.* 16: 16. *fig.* نجوم المكاحل aſtra ſclopetarum. *T.* 590: 8. *n.* نجوم الكاسات aſtra poculorum. *T.* 358: 16. *item* نجم Tempus praefinitum. *T.* II. 360: 1. *et* Planta carens omni caule: *uti* gramen. *Gi. opp.* τοῖς شجر arboribus. *C.* 55: 5. نجم Stella *eſt et Nom. Cap. Corani.* 53.

نَجَا *Fut.* O, *Origo in Micando, emicando, pec. ex periculo: unde* Evaſit: liber et liberatus fuit. *cc* من *ſic* ناج *part.* Evadens. *C.* 12: 42 *in Prov. abiit evaſio Tuäbatae Sierrae T* 158: 16. *v n. item* نجا Properavit, celer fuit et praevertit *vir, camela. Gi et* 2, *alio flexu, Micando innuit, clanculum quid alteri ſignificavit, dein* Dixit aut communicavit *alteri* arcanum quid. *ccap.* II. *Tranſ. ſign.* 1, *ſcil.* Liberavit, exemit *aliquem Deus. ccap et* من *r. Gi. C.* 2: 46. III. *i. q.* 1, 2. *vel* clanculum cum aliquo egit locutusve fuit. *ccap. Gi. H.* 3: 172. *n. unde Act.* مناجاة Muſſitatio: *pec. pro precatione T.* II. 936: 5. IV. *i. q.* II, Liberavit *aliquem Deus. ccap. fig. manus benignitatis. T.* 6: 9. VI. Clam inter ſe locuti ſunt *vel* egerunt: arcana invicem communicarunt. *H.* 6: 206. نَجًا *Act. ſign.* 1. Evadere. *ſic* النجا النجا Evadendum, evadendum; *formula incitandi ad fugam. T.* 40: 6. *n.* نَجِيّ *Act. ſign.* 2. *C.* 12: 80. *item Nomen,* Conſors arcani, ſocius quem ſecreti participem facimus. *Gi. C.* 19: 53. *et in genere* ſocius, confabulator. *H.* 2: 90. نَجَاء *Act. ſign.* 1. *utriusque; unde in accuſ.* نجاء properanter, celerrime. *H.* 4: 6. *item* Effugium, refugium, aſylum. *Gi. T.* 166: 12. نَجَاة *Act. ſign.* 1. Evaſio, ſalus. *C.* 40: 44. نَجْوَى *Act. ſign.* 2, *et* Clandeſtinum colloquium negotiumve. *ſic* نجوى الوامق ſecreta alloquia amantis. *H.* 3: 172. *item, ut Plur. et Sing.* Arcana loquens *et* loquentes. *C.* 17: 50. مُنَجّي *Part. Conj.* I. *ſign.* 1. *poſterioris,* Velox *equus. T.* 362: 9.

نَحَبَ *Fut.* O, *i. q.* سار, Inceſſit, iter fecit, *et quidem* accelerando. 2, *Fut.* 1, Vehementer ploravit, eiulavit alta voce. VIII. *idem. T.* II. 952: 7.

نَحْبٌ *i. q.* موت , اجل , مدة , قضي وقت : *unde* قضي نحبه Mortuus fuit. *Gi. C.* 33: 23. نَحِيبٌ *Act. ſign.* 3, Eiulatus qui alta voce fit: *Gi. H.* 1: 8.

نَحَتَ *Fut.* I, O, A, *H. et Aram.* נחת, *pp.* Dolavit: radendo aptavit. *cca. Gi. ſic idolum* C. 37: 93. *item* Excidit, excavavit, *montes in domos. ccga.* C. 7: 72. *aut domos ex montibus cca. et* من C. 26: 149.

نَحَرَ *Fut.* A, Iugulo prehendit: Iugulavit *pecus. cca. fig. lanius mortis hominem. T.* II. 526: 9. *abſol.* Iugulavit pecus, *pro in ſacrificium immolavit* C. 108: 2. *niſi intendatur ſignificatio* 2, Inter precandum erectus conſtitit protenſo pectore, *aut* Keblae oppoſito, *vel* manu dextra impoſita ſiniſtrae. *Ca.* III. Semet ex adverſo oppoſuit *alicui*, preſſit *eum obſidione ccap et* ب r. *T.* II. 824: 9. VI. Invicem involarunt in iugulum: *uti in pugna fit. T.* II. 652: 7. نَحْرٌ, *Coll.* نحور, Iugulum, pars corporis inter ſupremam ſterni, et gutturis infimam partem. *Gi. hinc Adag.* Rediit dolus eius in ipſius iugulum; *uti* يرد كيده في نحوره *vertendum. T.* 30: 7. *fig. Rivi enſium effundi dicuntur* في بطون النحور per alveos iugulorum. *T.* 178: 12. نحور الممالك Iugula regnorum *ſunt limites, aditus. T.* 318: 2. *n. quo ſenſu et* Iugulum, ora, maris. *T.* II. 284: 8. *alias* Findere iugulum maris, *eſt Navigare. T.* II. 644: 9.

نَحَسَ *Fut.* A, *H. et Aram.* נחש, *vicin. videtur* τῷ نخس *in Origine Fodiendi et pungendi; hinc translate* Vexavit, durus, moleſtus fuit. *dein* 2, *med. Keſr. et Damm.* Infauſtus, nefaſtus fuit *dies, etc. ſic* طالع المنحوس Conſtellatio infauſta. *T.* 206: 9. *et hinc* 3, Malum augurium cepit *ex aliqua re. cc* ب *T.* II. 470: 5. نَحْسٌ Infelicitas rei *et* infauſta ac nefaſta res. *Gi. C.* 54: 19. نَحِسٌ, *foem.* ة, Infauſtus *dies, etc. Gi. et* nefaſtus *homo. T.* II. 500: 1. *niſi legendum ſit* النجس *ut habet Mſ. Porro* ايام نحسات *ſunt* Dies nefaſti. *C.* 41: 15. *et* النحسان Duo malefici planetae, *ſc.* Saturnus et Mars. *Ca. fig. T.* II. 470: 6 نُحَاسٌ Aes. *T.* 178: 7. *item* Fumus flammae expers. *C.* 55: 35.

نَحُفَ *et med. Keſr.* Macer, graci-

cilis, *et* pauca carne fuit. *unde* نحيف Macilentus, gracilis. *Gi. T.* II. 934: 12.

نَحَلَ *Fut.* A, *cogn.* نخل, *H. et Ar.* נחל, *pp. Cribravit, ſecrevit farinam a furfuribus, unde transfertur ad portiones excerptas, lectiſſimas: et hinc* Largitus fuit *donum;* affecit *eo. ccap et* من *r. Gi. alio flexu* 2, *Fut.* O, Macie confectum et extenuatum fuit *corpus. unde* نحيل Macer, tenuis. *T.* II. 424: 9. VIII. *Excerpſit, ſecrevit ſibi aliquid; pec.* Falſo arrogavit *quid* ſibi, *ſpec.* alienum *dictum vel carmen. cca. Gi. H.* 3: 148. نَحْلٌ *Coll. comm. gen.* Apes. *Gi. hinc Prov.* اختلاف النحل Diſſenſus apum *T.* II. 744: 4. *v. n. eſt et Nom. Cap. Coran.* 16. نُحُولٌ *Act. ſign.* 2. Macies. *T.* 130: 6. نِحْلَةٌ *Act. et in accuſ. ſeu Adverbialiter* Prono animo et ſponte ſua. *Gi. C.* 4: 3. نُحْلَانٌ *Act.* Largitio, donatio, *qua quid ut proprium alicui confertur. H.* 4: 48. *n.*

نَحَا *Fut.* O *et* A, *H* נחה; *pp.* Tetendit, contendit *aliquem* verſus: petivit *eum. cca. etiam cc* نحو *T.* 250: 9. II. Impegit *alicui telum*, convertit *in eum arma. cc* ل *p et car. T.* 22: 19. V. Receſſit, ſeceſſit. *cc* عن. *item* 2, Convertit *viſum aliquo;* tetendit *aliquo cca et* الى. *T.* 598: 11. VIII. *i. q.* I, Contendit *ad aliquem*, petivit *eum. cca. T.* II. 262: 5. نَحْوٌ, *Coll.* أَنْحَاءٌ, *Act. item* Tractus. *T.* II. 816: 2. *etiam* Via, ſemita. *T.* 516: 12. *ubi ex ambig. etiam intenditur notio, qua* النحو *eſt* Grammatica: *vel pec.* Etymologia: *ab inflexione et declinatione vocum. porro* نَحْوَ *in accuſ.* Ad, verſus *aliquem, etc. ccg. Gi. T.* 250: 9 *item* Prope. Circa, circiter. *T.* 18: 6. *quod et* من نحو *T.* 14: 9. *et* بنحو *T.* II. 396: 13. نَاحِيَةٌ, *Coll.* نَوَاحِي, Latus, tractus. Plaga, ora. *T.* 256: 15.

نَخَبَ *Fut.* O, Extraxit, evulſit. VIII. Elegit, ſelegit *meliora. cca. Ca. ſic legend. T.* 126: 14. *hinc part. paſſ* منتخب Electus, ſelectus. *T.* II. 530: 6. *dein* Incomparabilis *vir. T.* 104: 4. *eſt et titulus Chronici Perſici. T.* 24: 12. X. *i. q.* VIII. Elegit *amicum. T.* II. 648: 8. نُخْبَةٌ *Coll.* نُخَبٌ, Electus, ſelectus,

melior: *vel* talis res. *Gi. abſol. in Coll.* Lectiſſimi orationis flores. 6: 246. *n.*

نَخَرَ *Fut.* O *et* I, *H. et Ar.* נחר, ονοματοπ. Sonum emiſit Spiritumve cum ſono duxit per nares. *Gi. in ira graviori T.* II. 72: 14. *item* 2, *med. Keſr.* Attrita, comminuta, *et* foraminibus pertuſa fuit *res. Gi. unde* نَخِرٌ, *foem.* ة, Attritus, perforatus: *uti tritum et carioſum os. C.* 79: 11.

نَخَزَ *Fut.* A, Fodit, fodicavit, punxit, *ferramento. cca et* ب. VI. Se invicem perfoderunt. *T.* II. 496: 7.

نَخَلَ *vic.* נחל, *pp.* Cribravit, in ſecerniculo ſecrevit *farinam. cca. fig. T.* II. 590: 5. نَخْلٌ *Act. item, Maſc. gen.* Palma. *ſeu Coll. eius. C.* 6: 99 نَخِيلٌ *idem*, Palmae. *Gi. C.* 2: 268. نَخْلَةٌ *Nom. Unit.* Palma una. *Gi. C.* 19: 23.

نَخَعَ, *quod et effertur* نخع, ονοματοπ. Excrevit aliquid e pectore, *vel* e naribus: expectorando *vel* emungendo eiecit. *Ca.* نُخَامَةٌ Pituita, quae e pectore *aut* naribus excernitur. *Gi. T.* II. 474: 8.

نَدَّ *Fut.* I, *H. et Ar.* נדד, Fugax fuit, aufugit *camelus.* huc illuc vagatus eſt. *H.* 2: 70. II. Disgregavit, disperſit. *cca. T.* II. 392: 8. *pec.* in fugam egit, fugavit *hoſtes. T.* II. 250: 8. *item* Diffamavit. *cc* ب *p. ſic* لاندود *ex Mſſ. legendum pro* لاندرن *T.* 154: 1. نِدٌّ *Coll.* أَنْدَادٌ, Similis. *H.* 2: 70. *item* aequalis *et* ſocius. *T.* 530: 9. *etiam* Aemulus, *pec.* adverſarius in pugna. *T.* II. 250: 8. *porro* ند, Idolum, ſimulacrum. *C.* 2: 160. نَدِيدٌ Par, ſimilis. *Gi. et* Aemulus. *T.* II. 358: 3.

نَدَبَ *Fut.* O, *H. et Ch.* נדב, *Origo in Fluxu ſpontaneo, unde pec. de lacrymis. et hinc* Deflevit *mortuum, et* encomio celebravit defunctum. *ccap T.* II. 700: 3. 2, *Tranſ.* Inſtigavit, impulit: *pec. ad aliquid liberali motu peragendum. ſic copias militares ad bellum. T.* II. 330: 1.

نَدَحَ *Fut.* A, *H. et Ch.* נדח Dilatavit. *cca. unde* مندوحة Locus amplus et late patens. *T.* II. 940: 10.

نَدَرَ *Fut.* O, Excidit res, et ex alia re venit in conſpectum. *Gi.* 2, Solus manſit. *Mar. mox* unicus in ſuo genere, rarus, ſingularis.

laris. IV. Fecit excidere *aut* decidere *quid. T.* 154: 1. *ſed legendum ex Mſſ.* لاندوس *a* نـد *quod vide.* نَـدْي *Act. ſign.* 2. *unde* بيت الندي Verſus ſingularis, praeſtantiſſimus. *uti uterque cod. Scheid. pro* نادي *babet H.* 2: 80. نَادِرَة, *Coll.* نَوَادِي, *part. ſign.* 2, Singulare quid. *ſic factum T.* 420: 7. *pec.* rarum et inuſitatum genus *orationis*, dictum *vel* verbum. *T.* II. 980: 8.

نَـدَفَ *H.* נדף, *pp.* Quaſſit, concuſſit, diſcuſſitque *goſſipium* impulſo magni arcus nervo, atque ita attenuavit et diviſit *illud. cca. fig. goſſipia nivium biems. T.* II. 520: 1. *inde* نَدَّاف Carminator. *eadem figura T.* II. 518: 18.

نَـدَلَ Tranſtulit de loco in locum: transplantavit. *notione ducta a* مَـنْـدَل, Oppidum Indiae. *et* Lignum agallochum, *ſeu* praeſtantior eius ſpecies: *quae inde afferri ſolet. Ca. transfertur ad beneficia fragrantisſimi odoris T.* II. 646: 4. *v. n.*

نَـدِمَ *Fut.* A, *i. q. Hebraeis reſtituendum* נדם, *vic* دم *in Orig. Complanandi; unde notio Appactum adhaerendi ſuperficiei adaequatae: et hinc tranſlate Haeſit appactus prae dolore et luctu;* Poenitentia *facti* ductus fuit: *rem* factam doluit. *cc* علي *r. T.* 566: 1. *inde* نادم Poenitens, qui poenitentia ducitur. *Gi H.* 1: 106. *n.* V. *i. q.* I. *T.* 406: 4. نَدْم, نَدَامَة, *et* مَنْدَم, Poenitentia. *C.* 34: 32. *pec.* ſera. *T.* 406: 4. نَدِيم, *Coll.* نُدَمَاء, *Qui appactus loco ſociisque adbaeret, pec.* Compotor; ſodalis *Gi. T.* II. 430: 2. *et in genere* Familiaris. *T.* 550: 1. نَدْمَان *Idem. T.* 550: 12.

نَـدَا *Fut.* O, *H.* נדה, *Origo in Uvore fluente, unde transfertur ad Liberalitatem; et hinc* Vocavit, advocavit: convocavit. *pec.* ad conciliabulum, *et* in eo congregavit. *ccap.* III. *Idem,* Vocavit ad ſe. *cca, vel c* ب *p. C.* 3: 33. *aut* Convocavit *cca. C.* 3: 190. *pec.* Invocavit *Deum. C.* 21: 83. *et* Inclamavit, praeconizavit, *ſpec. malum ſuper aliquem. cc* علي *T.* 290: 9. *unde* منادي praeco. *H.* 3: 122. *n. item.* Conſedit *alteri*, et una *cum eo* fuit in conventu, confabulatus eſt. *ccap. T.* 550: 17. *et binc* Manifeſtavit, aperuit, *arcanum ſuum: cc* ب *T.* II. 24: 13. VI. Vocarunt invicem. *C.* 68:

68: 21. *et* Sibi invicem acclamarunt. *T.* II. 116: 8. *et i. q. ſeq.* VIII. *unde* يوم التنـاد dies mutui conventus, *dicitur dies reſurrectionis C.* 40: 34. VIII. Conſedere et verſati inter ſe una ſunt in conventu vel conciliabulo. *unde part. paſſ.* منتدي *ipſum* conciliabulum. *H.* 2: 74. *n.* نَدّي *Act.* Humor, mador. *pec.* Mador ſeu ros diurnus: *ut* سدي nocturnus. *Gi. T.* 416: 11. *et tranſlate* Munificentia. *H.* 3: 130. *n.* نَدِيٌّ Conſeſſus confabulantium, *pec.* diurnus: concilium, conciliabulum. *H. l. c.* مُنادٍ Praeco. *H.* 3: 122. *et i. q.* ندي *proxime praecedens. C.* 29: 28. نِداءٌ *Act. Coni.* III. Vocatio, clamor. *C.* 2: 166. *etiam* Edictum. *T.* II. 78: 11.

نَذَرَ *Fut.* O, *et* I, *H. et Aram.* נדר, Addixit *quid*, impoſita ſibi praeſtandi lege vovit, devovit *Deo. cc* ل *et a r. C.* 3: 31. *Spec. cum quis in periculo verſabatur. T.* II. 918: 8. IV. Certiorem fecit, praemonuit: monuit. *C* 31: 2. *pec.* metum iniecit, ut caveret ſibi, deterruit. *ccap et* ب *r. Gi. H.* 1: 20. *hinc et* Comminatus fuit *alicui ſupplicium. ccga. C.* 41: 12. *et in genere* Praedicavit. *ccap et* ب *r. C.* 2: 5. *unde* مُنذِر, *part. Act.* Monitor, dehortator *C.* 10: 74. *et* مُنذَر *part. paſſ.* Commonitus. *C.* 26: 173. نَذْرٌ, *Coll.* نُذُورٌ, Votum, promiſſio Deo facta. *Gi. C.* 76: 7. نُذْرٌ *et* نُذُرٌ Monitum, dehortamentum: *pec. cum comminatione. C.* 54: 18. نَذِيرٌ, *Coll* نُذُرٌ, Monitor: praedicator. *pec.* praenuncius *mali*, comminator *poenae*, metum iniiciens. *opp.* بشير *C.* 5: 22. *dein in genere* Legatus, apoſtolus. *C.* 32: 2. *Spec.* Muhammed pſeudopropheta. *C.* 7: 182. *et i. q* عريان Nudus. *unde captatur ambiguum in Prov.* النذير العريان Propheta fidelis *et* nudus. *T.* II. 4: 20. *n.*

نَذُلَ Infimi ordinis, vilis et deſpectus fuit. *Gi.* نَذْلٌ, *Coll.* أَنذالٌ, Homo vilis et abiectae conditionis. *Gi. ſic ſumma in expugnando loco difficultas comparatur cum anima generoſa, cui iniuncta eſt* شيم الأنذال Indoles vilium. *T.* II. 344: 8.

نَرْجِسٌ *a Perſ.* نَرْگِس, Narciſſus. *Gi. quocum, ob florem*

rem eius fractum et languidum, comparantur ocelli languiduli. H. 2: 100. *n.*

نَرْدٌ *a Perſ.* نَرْدْ, Calculorum ludus qui in abaco ſeu alveo exercetur; *inventus a Perſarum rege Ardesjiro T.* II. 848: 8. *n.*

نَزَحَ *Fut.* A *et* I, *pp.* Exhauſit puteum. *cca. Gi. intrānſ.* Exhauſtus fuit: *fig. itineribus homo. hinc* Procul abfuit domo ſua. *Gi. ſic part.* نازح *T.* II. 704: 7. VIII. *idem*, Peregre abfuit *vel et* aufugit. *T.* II. 2: 11. *unde* مُنْتَزَح Longe disſitus, remotus *locus T.* II. 384: 3.

نَزُرَ *H. et Ar.* נזר *pp. Flexit, flectendo obligavit et obſtrinxit; unde translate ſenſu Paſſ. med. Damm.* Paucus, exilis et vilis fuit. *Gi. pec.* نَزُورٌ, *obſtricta quaſi;* Quae vix concipit; parum prolifera *mulier. Gi. T.*II. 502: 1.

نَزَعَ, *Fut.* I, *Act.* نَزْعٌ, *cogn. H.* נסע, نسع *et* نشع *in Orig. Vellendi; hinc* Evulſit, extraxit *e loco ſuo et in altum ſuſtulit ventus. C.* 54: 20. Extraxit *alicui veſtes. cca et* عن *C.* 7: 26. *unde* نزع ثيابه Exuere veſtem ſuam, *fig. pro deponere vitam T.* II. 86: 11. *n.* Detraxit *regnum alicui. cca et* من *C.* 3: 25. *etiam ex manibus alicuius. T.* 48: 19. *pec.* Extraxit *e ſinu manum ſuam. cca. C.* 7: 105. *alio flexu.* Eduxit, produxit, oriri fecit *Deus hominem. C.* 28: 75. *item* Dimovit, avertit, ſeduxit *aliquem: unde Act.* نزع Seductio. *C.* 7: 199. *niſi legendum ſit* نزغ *ut C.* 41: 36. II. *Tranſ. Coni.* I. *cca.* III. Diſputavit *contra alium*, contendit: litigavit. *ccap. Gi. unde* منازع Altercator. *H.* 6: 188. *n. et* adverſarius. *T.* II. 228: 3. VI. Litigarunt inter ſeſe, diſputarunt. *Gi. C.* 3: 145. *unde Act.* متنازعة Lis, contentio. *T.* II. 456: 6. VIII. *i. q.* I. *ſign.* 1. Dimovit, avulſit. *cca. Ca. caput alicui. T.* 134: 2. نِزَاعٌ, *Act. Coni.* III. Contentio, *pugna. Gi. T.* 136: 1. نَزَّاعَةٌ *Act. Coni.* I. Tractio, attractio. *C.* 70: 16. نَازِعٌ, *foem.* ة, *part. Coni.* I. النازعات *abſolute* Angeli animas peccatorum corpori evellentes. *C.* 79: 1. *translate pro militibus. T.* 234: 11. *n. priori ſenſu eſt Nom. Cap. Coran.* 79.

نَزَغَ *Fut.* A, *Act.* نَزْغٌ, Confodit, proſcidit, *dicto aliquo. ccap et* ب *r.* 2, Excitavit ſimultatem, ſevit disſidia, *inter eos. cc* بين *C.* 41: 36.

Yy yy　　　　نزف

نَزَفَ *Fut.* I, *i. q.* نزح, Exhauſit omni aqua *puteum. cca.* 2, *Intranſ.* Exhauſtus fuit *puteus: tranſlate* Defecit *mens. et hinc* 3, Ebrius fuit *aut* laboravit mente. *C.* 56: 19.

نَزَكَ Fodit haſta. *ccap. ſic Marac. C.* 2: 181. *ſed recte Hinck. v.* 176. نزك. *notio ducta eſt a* نَيْزَكٌ, *Coll.* نَيَازِكُ, *Perſ.* نيزه, Haſta, eaque brevis, *ſeu* gaeſum. *Meid. uti legendum pro* النيزك *T.* II. 570: 13.

نَزَلَ *Fut.* I, *H. et Aram.* נזל, *pp. Fluxit, defluxit; mox in genere* Deſcendit. *C.* 23: 60. نزل بشي *i. e.* depoſuit rem. *C.* 26: 93. *peculiari uſu militari* Deſcendit, *ſc. ab arce, etc. i. e. dedidit ſe. T.* 62: 1. *n. porro* Diverſatus fuit *hoſpes:* habitatum venit, hoſpitatus fuit. *ccap vel* ب *loci vel perſ. T.* II. 246: 5. *aut cc* عند *T.* 372: 11. Caſtra metatus fuit, obſedit *urbem. cc* على *T.* 564: 18. *et* Incidit, accidit *homini infortunium. cc* ب *p. T.* 154: 3. II. *Tranſ. Coni.* I. Demiſit: *pec.* coelitus *quid Deus. cca. C.* 16: 48. *et* Collocavit *aliquem in loco dignitatis. H.* 4: 18. *Spec.* hoſpitii ſede: manſionem procuravit. *ccap T.* 112: 3. III. Deſcendit de iumento, *ſeu* in arenam, *contra alium*, pugnandi ergo. *ccap. T.* 134: 1. *etiam* Obſedit *urbem. T.* 622: 5. *inde Act.* منازلة *fig.* جحيم المنازلة Gehenna digladiationis, *oppoſ. paradiſo confabulationis amatoriae T.* II. 424: 3. IV. *i. q.* II. Demiſit: *pec. coelitus Coranum Deus. C.* 97: 1. *unde part. paſſ.* منزل demiſſus *angelus. C.* 3: 120. *item* Fecit ut quis deſcendat, hoſpitetur. *C.* 12: 59. *et pec.* Deſcendere fecit; *e culmine honoris et gloriae eiecit quem. H.* 3: 154. *et abſolute in ſepulcrum;* Sepelivit *eum. T.* II. 542: 10. V. Lente et ſenſim deſcendit: *ſic ſuper aliquem diabolus C.* 26: 222. *cc* على *item* Deſcendit *de iumento honoris cauſa. T.* II. 546: 4. VI. *peculiari uſu, quo et Galli ſuum condescendance adhibent*, Deſcendit, voluntati *alterius*, tantum non obtemperavit. *ce* مع *T.* 620: 11. X. *i. q.* II. Demiſit coelitus: *vel et* Imploravit ut coelitus demitteretur *auxilium. T.* II. 28: 3. *etiam* In hoſpitium recepit eove locavit. *T.* II. 188: 13. *niſi potius vertendum* Deturbavit, *ſeu* deturbare ſtuduit, de throno *reges.* نُزُلٌ Quod hoſpiti paratur *vel* apponitur: opi-

opipare paratus cibus. C. 37: 60. *item* Benedictio, copia. *et* donum. *Gi. C.* 3: 197. *etiam* Manſio, hoſpitium. *Ca. C.* 18: 102. نِزَالٌ *Act. Conj.* III. Pugna, conflictus: *T.* 162: 3. نَازِلٌ, *Coll.* نُزَّالٌ, *et foem.* ة, *Coll.* نَوَازِلُ, Deſcendens: *abſol. pro heroë ſtrenuo. T.* II. 734: 7. نُزُولٌ *Act.* Deſcenſus. *T.* II. 270: 2. نَزِيلٌ Hoſpes, diverſor. *T.* 372: 12. *dein* Advena; incola. *T.* 32: 12. نَزْلَةٌ *Nom. vicis* Deſcenſus unus. *inde in accuſ.* نزلة اخرى Vice alia, *ſive* altera. *C.* 53: 13. مَنْزِلٌ *et* منزلة, *Coll.* منازل, Locus ubi quis divertit *aut* ſubſiſtit; hoſpitium. *T.* II. 246: 2. *item* Manſio: domus. *H.* 5: 118. *pec.* منازل manſiones 28 lunae. *C.* 10: 5. *et* منزلة *Spec.* Gradus honoris ſeu dignitatis. *H.* 4: 18.

نَزِهَ Avertit, cohibuit, *ſemet ipſum ab inhoneſto. cca et c* عن *Ca. T.* II. 714: 6. 2, *med. Kesr.* Amoena, iucundi conſpectus, fuit *terra. Gi. ſic form. intenſ.* انزه *T.* II. 406: 12. II. Longe ſemovit, abduxit exemitque *ab omni turpitudine. ccap et* عن *r. T.* II. 82: 15. *ſic et Act.* تنزيه *T.* II. 972: 2. *inde part paſſ.* منزه Purus et incuſpatus. *T.* II. 714: 6. V. Abfuit procul: *pec.* ab aquis et paſcuis. *et hinc* Purus integerque fuit *a re turpi, vitio, aut imperfecto. ec* عن *unde Act.* تنزه Continentiae ſtudium. *T.* II. 64: 12. *item* Exſpatiatus fuit ac oblectavit ſe in hortis ac virentibus locis. *Gi. T.* II. 982: 5. *Act.* تنزه Oblectatio. VIII. *idem: unde* منتزه Locus oblectationis. *T.* II. 856: 9. *ſic et legend. pro* منتزه *vel* منزهة *T.* II. 322: 15. نُزْهَةٌ *Act. et* Amoenus *locus. Ca. T.* 536: 9. نُزْهَةٌ *et* نَزَاهَةٌ Amoenitas *loci T.* II. 408: 2. *et in genere* oblectamentum. *H.* 2: 62. *item* Integritas puritaſque vitae. *Gi. H.* 2: 104. مَنْزَهَةٌ Locus amoenus. *T.* II. 408: 2. *et* Loci amoenitas. *ſic legend. H.* 6: 258. *n.*

نَزَا *Fut.* O, *H. et Ch.* נזה, *pp.* Aſſilivit, impetum fecit. 2, *pec.* Conſcendit *mas foemellam* ineundi cauſa. *cc* على: *pp. de brutis ſolidae bifidaeque ungulae et de feris dicitur. Gi. fig. de admiſſario orationis in ſinum mentis inſiliente T.* II. 228: 14.

نَسَأَ *Fut.* A, *vit.* نَسْ *in Orig. Micandi; hinc Emicare fecit;* Increpavit *camelum*, abegit: propulit. *mox* 2, Prorogavit, diſtulit, tardavit, mora produxit. *cca.* نَسِىءٌ *Act. ſign.* 2. *pec.* Intercalatio menſis, *ſeu* eius reiectio in menſes ſequentes: uti Muharram in Safer; *qui mos Paganis Arabum, ne tres conſequerentur menſes, quibus praeliari nefas eſſet: tunc enim fere ex praeda vivebant. Gi. C.* 9: 37. مِنْسَأَةٌ, *et cum prima Keſr.* Baculus, *ut* quo abiguntur pecora. *Gi. C.* 34: 13.

نَسَبَ *Fut.* O *et* I, *H. et Aram.* נשב, *pp. Flavit, perflavit, unde ad iactantiam transfertur; et hinc* Memoravit genus *alicuius:* ab origine ſua denominavit *eum. ccap. Gi. hinc* منسوب Denominatus a ſua origine, derivatus ab alio. *cc* الى *T.* II. 538: 6. *porro* نسب Retulit *quid ad aliquem. cca et* الى *p vel r. ſic* منسوب quod reducitur *ad aliquid, illud* ſimilitudine refert. *cc* الى *T.* 470: 9. *item* نسب *peculiari uſu* Reduxit *quem ad aliquid, pec. vitioſi; h. e. Arguit, inſimulavit eum vitii ccap et* الى *r. ſic* كمثرة الحماقة magnae ſtoliditatis: *uti vertendum T.* 18: 10. *et* قلة الثبات exiguae conſtantiae. *T.* II. 786: 4. VIII. Genus retulit *ad aliquem. cc* الى. *item in genere* Pertinuit *ad aliquem. unde* منتسب aſſecla. *T.* 162: 6. *a priori notione eſt* انتساب Deductio genealogiae *Spec.* antiquae. *H.* 2: 48. *et ipſa* Genealogia, ſtemma, *pec.* altum, *oppoſ.* τῷ اكتساب iuri occupationis. *T.* II. 224: 7. *inde* منتسب *abſolute* Inclytus, nobilis. *T.* 478: 15. X. Interrogavit *aliquem* de genere et cognatione ſua. *T.* 110: 11. نَسَبٌ, *Coll.* أَنْسَابٌ, Genus, origo, ſtirps: ſtemma, *ſcil.* paternum. *T.* 110: 12. *item* Cognatio, affinitas. *C.* 25: 56. نِسْبَةٌ, *Act. Coni.* I. Relatio *rei ad aliam. cc* الى *T.* II. 800: 1. *ſic et legendum T.* 64: 3. نَسِيبٌ Genere iunctus alteri: cognatus. *T.* II. 778: 6.

نَسَجَ *Fut.* I *et* O. *H.* נסך *et* נשך, *pp.* Texuit *pannum. cca. Gi. ſic* منسوج *T.* II. 548: 11. *fig. telam exercitus. T.* 470: 4. *etiam* Plexuit. *Gi. fig. retia et laqueos digitis doli. T.* 84: 5. 2, *Metaph.* Compoſuit arte,

arte, *et* finxit *orationem. cca. Ca. verſus. H.* 2: 98. VIII. *Paſſ.* Contexta fuit *veſtis amicitiae T.* II. 770: 5. نَسْجٌ *Act. et* Tela textoria. *fig. T.* II. 24: 6. نَسِيجٌ, نَاسِجٌ *et* نَسَّاجٌ, *Coll.* نَسَاجَةٌ, Textor. *T.* II. 166: 5. نساج القدرة Textor providentiae; *abſolute pro Deo. T.* 190: 1.

نَسَّ *Fut.* A, *H. et Ch.* נסח *pp. Vulſit, evulſit: mox in genere* Abolevit, delevit. *eca. C.* 22: 51. *pec.* 2, Abrogavit *legem lege, ſcil.* aliam ſubſtituens. *ccap et* ب *r. T.* II. 270: 9. 3, Deſcripſit *librum cca. T.* 554: 8. X. *idem. C.* 45: 28. نُسْخَةٌ Exemplar et archetypum ex quo quid deſcribitur. *Gi. C.* 7: 154.

نَسَرَ *Fut.* O *et* I, *H.* נשר, Raſit, eraſit; *pec.* roſtro ſuo vulſit carpſitque *accipiter carnem. cca.* X. Evaſit vulturi ſimilis. *Gi. ſic in Prov.* لا البغاث يستنسر Milvus non habetur pro vulture. *H.* 6: 200. *n.* نَسْرٌ, *Coll.* نُسُورٌ, Vultur, *ſive* Aquila. *translate pro milite feroci et graſſatore. T.* 578: 3. *ſic et* نسور *legend. T.* 312: 11. *item* Nom. idoli quondam Arabibus Dulkelaitis in Hamjaridum terra culti. *Gi. C.* 71: 23.

نَسَفَ *Fut.* I, *Act.* نَسْفٌ, *H. et Ar.* נשף, *pp.* Ventilavit flatu motuque *frumentum. cca. Gi.* 2, Comminuit diſperſitque. *cca. Ca. C.* 20: 97. *et* a fundamento diruit *ſtructuram. cca. montes Deus. C.* 20: 105.

نَسَكَ *Fut.* O, *H. et Ar.* נסך, *pp. Fudit; dein* Sacrificavit *Deo. ccar et* ل *p. in genere* 2, Dei cultui devotus ac religioſus fuit. *ſic* تناسك *C.* 22: 66. *et C.* 32: 12. *in quo ultimo loco legendum* ناسكوا. *hinc* نَسِيكَةٌ, *Coll.* نُسُكٌ, Sacrificium, hoſtia, victima. *C.* 2: 191. مَنْسَكٌ *et* مَنْسِكٌ, *Coll.* مَنَاسِكُ, Cerimonia, lex et ritus: *pec.* ſacrificandi. *Ca. C.* 22: 66.

نَسَلَ *Fut.* O, *videtur vic.* نشل *et* نثل, *H. et Ch.* נשל, *in Orig. Extrahendi; hinc* Produxit *animal. cc* ب *et* Genuit. 2, *Intranſ.* Excidit, decidit defluxitve. *cc* عن *et* من *C.* 21: 96. *et* 3, Properavit *ad aliquem. cc* الى. *C.* 36: 51. IV. *i. q. ſign.* 2. *et pec.* elapſus eſt, anſu-

aufugit. *T.* 362: 5. نَسْلٌ *Act. ſign.* 1, Generatio. *C.* 32: 7. *item* Proles, progenies: proſapia. *Gi. ſic Perdidit* حَرْثَ وَنَسْلَ arva prolemque, *i. e. omnes alicuius poſſeſſiones.* *C.* 2: 200. *ſic et legend. T.* 232: 1.

نَسَمَ, *H. et Aram.* נשם, *Origo in Flando: pec.* Leniter et grato modo Spiravit *ventus, etiam odor.* 2, Percuſſit pede ſuo ſeu planta *camelus. Gi.* نَسِيمٌ Lenis ac gratus ventus: *aura. ſic* نسيم السحر aura matutina; *pro ſuaviſſima. T.* II. 404: 9. *item* Odor. *T.* 242: 4. نَسَمَةٌ Flatus venti exilior. *item* Halitus *hominis. T.* II. 472: 12. *etiam* Anima; Spiritus: homo. *Gi. ex ambiguo T.* II. 464: 11. مَنْسَمٌ, *Coll.* مَنَاسِمُ, Pes ſeu planta cameli. *Gi. T.* 474: 3.

نَسِيَ *H. et Ch.* נשה, *pp. Preſſit; hinc med. Kesr. Fut.* A, Oblitus fuit. *C.* 36: 78. *dein* Reliquit, miſſum fecit: neglexit, omiſit. *cca. C.* 2: 286. IV. Fecit ut oblivisceretur. *ccga. C.* 18: 62. *pec.* Oblivioni dedit *verſus alterum, i. e. illum longiſſime ſuperavit. T.* II. 774: 6. VI. Simulavit ſe *alicuius eſſe* oblitum. *cca. Gi. H.* 1: 22. *et* Oblitus fuit, neglexit. *H.* 3: 144. نَسِيٌّ *et* مَنْسِيٌّ Qui non annumeratur aliis, *quaſi* oblivioni traditus, *aut* oblivione dignus. *Ca. ſic junctim C.* 19: 23. *etiam prius.* Obliviosus. *C.* 19: 65. نِسَاءٌ *Coll.* Mulieres. *Nomen cap. Coram.* 4. نِسْيَانٌ *Act.* Oblivio. *Gi. fig. Trahere ſuper aliquem* ذيل النسيان Syrma oblivionis. *H.* 5: 68. *etiam ſuper turpitudinem criminis. T.* II. 696: 6.

نَشَأَ *Fut.* A, *H.* נשא, *pp.* Elata fuit *nubes dein* 2, Crevit, accrevit: adolevit, *C.* 43: 17. *et* exorta fuit, ſupervenit *alicui res. cc* ل *H.* 3: 160. *inde* ناشي *part.* Adoleſcens: *ſive* exoriens *nox. T.* II. 64: 3. IV. *Tranſ. ſign.* 2. creſcere fecit *Deus populum. C.* 6: 6. *etiam* Produxit. *H.* 2: 62. *pec. orationem, carmen etc. unde Infin.* انشاء ſtilus elegantior: *uti legit Mſ. T.* II. 982: 7. *mox abſolute* Carmen. *H.* 6: 176. *n. etiam* Epiſtola rhythmica; *ſeu* epiſtola *in genere H.* 6: 272. *et hinc part.* منشي Is qui principi ab epiſtolis eſt. *T.* II. 864: 6. *dein ipſum Verbum* Produxit, plantavit *ſurculum. T.* 360: 9. *pec.* Creavit *Deus. C.* 6:

6: 98. *item* Coepit, inſtituit facere *quid. c c Fut. H.* 2: 114. *pcc.* انشاء ايمانيا Inſtituit iuramentum, iuravit. *T.* 294: 5. نَشْأَةٌ *Aſt. ſic* نشاة الاولى Creatio prima. *C.* 56: 62. *et* نشاة الاخري Creatio altera. *C.* 53: 47. نَاشِئَةٌ Quae adoleſcit. *dein* principium: *et pec.* prima hora noctis *vel* diei. *C.* 73: 6. مُنْشَأَةٌ Elata vela habens navis *Gi. C.* 55: 24. مَنْشَأٌ Locus, in quo quis adoleſcit; natale ſolum. *H.* 5: 134. *n.*

نَشِبَ *Fut.* A, Haeſit tenacius, inhaeſit, infixus fuit. *c c* في. *hinc* 2, *peculiari uſu* لم ينشب ان قال *pp. Non haeſit affixus quin diceret;* Non deſiit dicere, *ſed potius* illi operam dedit. *ſic et* لم ينشب ان مات *h. e.* Mortuus eſt. *T.* 22: 15. IV. *Tranſ.* Infixit. *c c a et* في. *Gi. ſic hamum in fructus H.* 1: 36. *ungues in aliquem mors. T.* II. 490: 8. VIII. Inhaeſit, infixus fuit. *T.* 182: 2. نَشَبٌ *Aſt. item* Opes; *ſive* vocales, *ſive* mutae; *pec.* fixae: *ut* Agri qui poſſidentur. *Gi. T.* II. 952: 1. نُشَّابَةٌ, *Coll.* نُشَّابٌ, Sagitta. *Gi. T.* II. 24: 9.

نَشَدَ *Fut.* O, Recordatus fuit. *T.* 184: 3. *mox* Ex memoria expoſuit, recitavit *carmen. H.* 3: 148. III. Obteſtatus fuit *per Deum. c c a. T.* II. 678: 5. IV. Certiorem fecit. *de re amiſſa,* ubi eſſet indicium fecit. *c c a r. ſic* انشده *legend. ex utroque Cod. Scheid. pro* انجده *H.* 3: 158. *dein in genere* Monſtravit *quid. c c a. T.* 18: 14. *et* ل *q.* 1. *ſign.* 2. Praelegit ſeu recitavit *carmen. c c a. H.* 1: 26. *etc. item pec.* Satyra perſtrinxit. *c c.* ب *p. unde et Aſt.* انشاد Dicterium. *T.* II. 452: 10. أُنْشُودَةٌ, *Coll.* أَنَاشِيدُ, Carmen quod inter ſe recitant homines. *Ca. H.* 3: 124. *n.*

نَشَرَ *Fut.* O, *H. et Aram.* נשר *et Ch.* נסר, *pp.* Expandit, Explicuit: *pec. opp.* طوي ту Explicuit quod complicatum fuerat. *T.* II. 410: 9. *ſic librum. C.* 81: 10. *ſupellectilia. H.* 5: 156. *vexilia exercitus. T.* II. 382: 14. *dein* Late diffudit *miſericordiam; uti* Mſ. *in* I. *pro* IV. *C.* 42: 27. *item* Segregavit, diſperſit, *milites. T.* 470: 11. *unde* ناشرة *abſoluta* Ventus.

C. 77: 3. 2, *alio flexu* Expandit, *mox pec.* Serra diſſecuit *lignum. cca.* 3, Vivificavit, reſuſcitavit *mortuum. cca. ſic in Prov.* لبس لما يطوي المنية ناشر Non reperitur poſt mortem, qui vitam re[illegible]t. *T.* II. 710: 6. II. Explicuit, diffudit. *unde* صحف منشرة Libri aperti. *C.* 74: 52. IV. *i. q.* I, 3. Reſuſcitauit, in vitam reduxit, *Deus. ccap. C.* 21: 21. VIII. *Paſſ. Coni.* I. *ſign.* 1. *cuiusvis. ſic* جراد منتشر Locuſtae ſparſim diffuſae. *C.* 54: 7. *pec.* Late diffudit ſe, divulgatus fuit, *rumor*, *fama. ſic* انتشار *T.* 260: 11. *abſolute* Late extendit *quis* commercium. *C.* 62: 10. *et Spec.* A paſtore ſegregati ſunt paſcentes *cameli: tranſlate ad hominem. H.* 44: 64. *v. n.* نَشْر *Act. Coni.* I. *ſign.* 1. *C.* 77: 3. *unde* نشر الفكاهة Expandere confabnlationem *antea complicatam. H.* 5: 108. *n. item Act. ſign.* 2. *quo ſenſu in Prov. abiit* Serra diffindere Johannem. *T.* II. 842: 12. *etiam Act. ſign.* 3. *dein* Vita. *T.* II. 776: 7. *et pec.* Odor fragrans, qui ſe late diffundit. *T.* II. 560: 4. نُشُور *Act. ſign.* 3. Reſuſcitatio. *unde* يوم النشور Dies reſurrectionis. *Gi. T.* II. 508: 4. *etiam* Reſuſcitatio ex ſomno ad labores. *C.* 25: 49. نَاشِر, *foem.* ة, *Coll.* نواشر, *Ag. ſign.* 1. *mox uſu ſubſt.* Ala. *ſic* نواشر ناشرة alae expanſae. *T.* 228: 8. مَنْشُور Explicitus: diffuſus. *item, ut ſubſt. Coll.* مناشير, Diploma regis patens, non ſigillo clauſum. *Gi. T.* 338: 2.

نَشَزَ *Fut.* O *et* I, *pp. Turſit, protuberavit*, prominuit. *Gi. ſic.* ناشز *T.* 228: 6. *dein* Elatus fuit in aliquo loco, altiore extitit conſeditve loco. *T.* II. 54: 3. 2, Aeſtuavit *animus. Ca. fig.* Dura, incomnoda fuit *amicitia. H.* 6: 252. *n.* 3, Immorigera marito ſuo fuit *mulier*, *eumque* ad iram provocavit: *et ab eo* abhorruit. *cc* ص *T.* 298: *unde* ناشز Immorigera *mulier; pro urbe inacceſſa. T.* II. 348: 17. *item* 4, Succenſuit et iratus fuit *mulieri maritus*, *eamque* duriter tractavit. *Gi.* IV. Sublata collectaque *oſſa* ſuo loco repoſuit, alia aliis imponens. *cc a. Gi. C.* 2: 261. نُشُوز *Act. ſign.* 1. *T.* II. 54: 3. *et ſign.* 3. *C.* 4: 38. *item ſign.* 4. *C.* 4: 127.

نَشِطَ, *Act.* نَشْط, *et med. Keſr.* Lubens et alacer laetusque fuit. *Gi.*

Gi. pec. transfertur ad curſum alacrem, agilem; hinc 2, Exivit, *e loco. cc* مرق *et* 3, Eduxit. *inde Act.* نشط *et part.* ناشط; *unde* الناشطات نشطا *ſpeciatim dicuntur* Angeli animas fidelium laete diſſolventes ſeu excipientes. *Ca. C.* 79: 2.

نَشَاطٌ *Act. ſign.* 1. *Gi.* Hilaritas. *T.* II. 386: 8. *in accuſ.* نشاطا وطربا hilariter, *ſive* alacriter et lubenter *dedit. T.* II. 104: 12. نَشِيطٌ *part.* Alacer, lubens, laetus *vir. Gi. urinator Speculationis. T.* II. 314: 3.

نَشَفَ *Fut.* O, *vic.* نسف *in Orig. Flandi, efflandi; hinc* Abiit, evanuit. *pec.* 2, Exſiccatus eſt *fons prae frigore. T.* II. 474: 3. II. *Tranſ. ſign.* 2, Exſiccavit: *ſic pulvis et aeſtus iecur alicuius. T.* 186: 9.

نَشَقَ *vic.* نسق, *H. et Aram.* נשק, *Origo in Pangendo, arctius coniungendo: hinc* Odoratus fuit, *pecul.* attrahendo. *cca. T.* II. 426: 3.

نَشَا *et* نَشِيَ *H. et Aram.* נסה, *pp.* Odoratus fuit: *pec.* percepit *bonum odorem: et* odorem. *cca. dein* 2, Odore vini afflatus fuit. *et in genere* Ebrius evaſit. X. *i. q.* I. Percepit *odorem. cca. Gi. fig. odorem victoriae ex deſidia hoſtis. T.* 596: 18. نَشْوَةٌ *et* نَشَاةٌ *Act. ſign.* 2. *ſic* نشوة غرام Ebrietas malae cupidinis. *H.* 3: 160. *n. et* نشاة الوجد Ebrietas deſiderii *poſt potum moerorum. T.* 556: 5.

نَصَّ *pp. Emicuit in altum; dein Tranſ.* Extulit, elevavit. *cca. Ca.* نَصٌّ Signum erectum. *dein* ſumma ducis auctoritas. *hinc* نص قاطع Sententia apodictica, oraculum. *T.* II. 786: 7. *n. item.* Sententia, dictum, textus *alicuius ſcriptoris cuius auctoritas multum valet: inde* نصه *et* نصه بحروفه Dictum eius, et ipſiſſima eius verba; *formulae ſunt quibus utuntur Arabes in citandis aliorum effatis. T.* 616: 7 *et* 11. مِنَصَّةٌ Thalamus ſponſalis, aut cubiculum ſtratis ac inſigni ſupellectile ornatum. *Ca. T.* II. 438: 5. مَنَصَّةٌ Sedes locusve elatior ornatu elegans, in quo conſidet atque exhibetur ſponſa. *Gi. fig. T.* II. 636: 4. *n.*

نَصَبَ *Fut.* O, *H. et Aram.* נצב, *pp.* Fixit; *montes Deus C.* 88: 20. *ſcalam. T.* II. 206: 13. *porro* Extulit, elevavit *aliquem ad*

ad honores: ſic conſtituit *eum Sultanum. T.* 408: 11. *alio flexu* 2, *Fixit aliquem*, Male habuit, dolore affecit *morbus. c c a p.* 3, Elevavit, extulit cantum, modulatus fuit. *Mar. pec. poſt finitum laborem. C.* 94: 7. 4, *med. Kesr.* Laſſus fuit: laboravit. *Gi. unde* ناصب Laſſus, defeſſus. *C.* 88: 4. VIII. Erectus ſtetit: *hinc* انتصاب Alta ſtatio ſiderum. *T.* 284: 6. *etiam* Firmiter ſtetit *coram hoſte in pugna. cc* ل *T.* 408: 9. نُصْبٌ *Act. dein* Erectum ſignum. *pec.* Quod proponitur ceu obiectum aut ſcopus. *T.* 50: 13. *item* quod opponitur. *Ca. Spec.* oppoſitio hoſtilis. *T.* II. 534: 7. نُصُبٌ *et* نُصْبٌ, *Coll.* انصاب, Erectum ſignum. *Gi. ſpec.* Vexillum militare. *C.* 70: 43. *item* Idolum cultui erectum, ſtatua. *C.* 5: 92. *etiam* Malum: calamitas. *C.* 38: 40. نَصَبٌ *Act. ſign.* 4, Lasſitudo. *pec. ex itinere. T.* II. 242: 7. نَصَابٌ Opum pecorumve portio, pro qua pendi debeat الزكاة: *ut* ſunt 200 dirhem ſive denarii; *et* quinque cameli. *dein in genere* ſumma opum. *T.* 466: 7. نَصِيبٌ Pars, portio. *ſic libri. C.* 4: 47. *pec.* ſors felicior. *Gi. oppoſ.* كفل *C.* 4: 87. *etiam* portio poenae. *C.* 2: 197. نُصْبَةٌ Oppoſitio adverſus hoſtilem impetum. *T.* II. 534: 7. نُصُبُوتٌ *et* نَصِيبِيْنُ, *quaſi Coll. Praeſidia militaria, ſtationes;* Niſibis, quae Meſopotamiae urbs. *Gi. Schult. Ind. Geogr. et T.* II. 168: 4 مَنْصَبٌ, *Coll.* مَنَاصِبُ, Locus elatus, *dein* Dignitatis ordo. *T.* II. 58: 13. *et* munus obeundum. *Ca. T.* II. 332: 8. مَنْصُوبٌ *part. Coni.* I. *et pec. ut ſubſt. Coll.* مناصيب, Collocatio, ſitus latrunculorum in ludo Schacchico. *T.* II. 874: 5. *n.*

نَصَتَ *Fut.* I, Tacuit. IV. *Idem: pec. ad lectionem Corani. C.* 7: 203.

نَصَحَ *Fut.* A, *H. et Aram.* נצח, *pp. Purus, limpidus fuit, nullis ſordibus turbatus, defaecatus, liquor: dein in genere.* Pura et ſincera fuit *res:* fidelis et ingenuus *amicus. hinc* Sincere monuit, monitum dedit: conſuluit. *C.* 11: 36. III. Sincere admonuit *alterum: unde Act.* مناصحة Mutua ſinceritas. *T.* II. 4: 10. VIII. Amicum et fide-

